17 Non quovis morbo laborantibus eſt exhibendum, ſed ad mortem proxime aliqua ægritudine affectis, s. q. 32. 2. c.

18 Furioſis, & amentibus quibus deſit devotionis affectus, nullatenus conferri debet, s. q. 32. 3. o.

19 Pueris conferri non debet, s. q. 32. 4. c.

20 Non totum corpus, ſed eæ dumtaxat humani corporis partes inungi oleo hujus ſacramenti debent, in quibus eſt aliqua ſpiritualis infirmitatis radix, s. 32. 5. o.

21 Quinque ſenſuum organica membra inungi pręcipue debent in quibus eſt aliqua cognitionis radix, in nonnullis autem propter appetitivam, & motivam inunguntur renes ac pedes, s. q. 32. 6. o.

22 Mutilati inungi etiam in partibus illis mutilatis debent, quibus alias inungerentur, s. q. 32. 7. c.

23 Sine aliqua ſui injuria iterari poteſt, s. q. 33. 1. c.

24 Eadem infirmitate laborantibus, non ſecundum eumdem, ſed diverſum infirmitatis ſtatum, poteſt extrema unctio exhiberi, s. q. 33. 2. o.

1 Exufflatio in exorciſmo ſignificat expulſionem dæmonis, cui reditum præcludit benedictio, 3. q. 71. 2. c.

F

1 FAcere, & fieri, important habitudinem cauſæ, & effectus, ſed mutationem ex conſequenti, 1. q. 45. 2. ad 2.

2 Facere dicitur dupliciter, ſcilicet large omnis operatio, & proprie operatio tantum ad extra, 22. q. 134. 2. c. ad 1. & ad 2.

3 Factio eſt de materia exteriori, ſed generatio eſt de ſubſtantia generantis, 1. q. 41. 3. c.

4 Non omne quod facit majus, facit minus, niſi ſit ad illud ordinatum; * vel niſi in majori includatur minus, vel non poteſt facere quod minus eſt, ſi reſervetur minus, vel ſi minus ſit ad defectum, 22. quæſt. 189. 9. ad 3.

5 Quod homo faciat quod in ſe eſt, requiritur ad meritum in habentibus uſum rationis, non autem in carentibus uſu rationis, 22. q. 33. 2. ad 1. item 8. ad 3.

Facies Chriſti emittebat radios, 3. q. 44. 3. ad 1.

1 Factum duplex, ſcilicet divinum, & naturale. Primum præcedit potentia activa, & non paſſiva, natura; non autem tempore, niſi ſit novum; ſecundum vero utraque potentia præcedit, etiam tempore, 1. quæſt. 74. 3. ad 5.

2 Fieri & factum eſſe dicuntur de Deo, ſecundum rationem tantum, & ſine mutatione Dei, 1. q. 13. 7. ad 2.

3 Factum eſſe quandoque dicit novitatem prædicationis, ſine mutatione facti, 1. q. 13. 7. ad 2. item 3. q. 16. 6. c. ad 2.

4 Proſpicere facta aliorum bono animo, vel ad utilitatem propriam; ut ſcil. homo ex bonis operibus proximi provocetur ad melius, vel ad utilitatem illius, ut ſcil. corrigatur, ſi quid ab eo agitur, ſecundum regulam charitatis, & ſecundum debitum officii, eſt laudabile. Sed quod aliquis intendat ad conſiderandum vitia proximorum ad deſpiciendum, vel detrahendum, vel ſaltem inutiliter inquietandum, eſt vitioſum, 22. q. 33. 2. ad 3. item q. 167. 2. ad 3.

Facultas eſt poteſtas, qua aliquid habetur ad nutum, 1. q. 83. 2. ad 2.

1 Fallere contingit dupliciter, ſcil. occultando veritatem dicto vel facto, vel ſignificando falſitatem. Primum licet, non autem ſecundum, quia etiam hoſtibus debent ſervari promiſſa, fœdera, & fides, 22. q. 40. 3. o. item q. 71. 3. ad 3.

2 Homo faciliter fallitur in judicando in pertinentibus ad ſe, 22. q. 88. 2. ad 3.

1 Falſitas non eſt in ſenſu ſicut in cognoſcente, verum, & falſum, 1. q. 17. 2. ad 1.

2 Falſitas, & veritas ſunt primo in intellectu, in rebus autem per ordinem ad intellectum ſolum, 1. q. 16. 1. 2. o. item 3. ad 1. item 5. 6. 8. c. item quæſt. 17. 1. 3. o. item 4. ad 1.

3 Falſitas non eſt in intellectu reſpectu primorum principiorum, nec reſpectu quidditatis, niſi per accidens, reſpectu duplicis compoſitionis, 1. q. 17. 3. o. & q. 57. 1. ad 2. & q. 58. 5. c. & q. 85. 6. o.

4 Veritas, & falſitas, ut in cognoſcente, ſunt tantum in intellectu componente, & dividente, ſed ut re vera, ſunt etiam in ſenſu, & intellectu cognoſcente quidditatem, 1. q. 16. 2. o. item q. 17. 2. o. item 3. c.

5 Falſitas eſt in ſenſu reſpectu ſenſibilium communium, & reſpectu ſenſibilium per accidens, non autem reſpectu ſenſibilium propriorum, niſi per accidens, 1. q. 17. 2. o. item 3. c. item q. 57. 1. ad 2. item quæſt. 58. 5. c. item q. 85. 6. c.

6 Attribuitur phantaſiæ quia repræſentat objectum abſens, tanquam præſens, 1. q. 17. 2. ad 2. item q. 54. 5. ad 3.

7 Res non dicuntur falſæ, reſpectu intellectus divini, ſed reſpectu intellectus noſtri, 1. q. 17. 1. c. ad 3.

8 * Res dicitur ſimpliciter vera vel falſa tantum ab intellectu, à quo dependet, ut res naturalis à divino, & artificialis á noſtro, 1. q. 16. 1. c. item q. 17. 1. o.

9 Res naturales dicuntur falſæ per accidens, & ſecundum quid, reſpectu intellectus noſtri dupliciter, ſcil. ſecundum rationem ſignificati, & ſecundum rationem cauſæ, 1. q. 17. 1. c.

10 Res dicitur vera vel falſa, ratione veræ vel falſæ æſtimationis, quam nata eſt facere de ſe, quoad ea quæ exterius apparent in ea, 1. q. 17. 1. c.

11 Res ſecundum id quod eſt, dicitur vera; ſecundum quod non eſt, dicitur falſa, 1. q. 17. 1. c. ad 1. & 4. ad 1.

12 Malum ſimpliciter eſt in rebus, non autem falſum, ſed ſecundum quid, 1. q. 17. 1. c. item q. 48. 2. o.

13 In Deo nulla eſt falſitas, ſed tantum veritas, 1. quæſt. 17. 4. ad 3. item 22. q. 171. 6. c.

14 Homo dicitur falſus, quia amat falſas opiniones, vel locutiones, non autem quia poteſt mentiri, 1. q. 17. 1. c. fin.

15 Peccata dicuntur falſitates, vel mendacia. Et opera virtuoſa dicuntur veritas vitæ, 1. q. 17. 1. c.

16 Falſum contrariatur vero, & fundatur in vero, ſed non in ſuo contrario, 1. q. 17. 4. o. item 12. q. 64. 3. ad 3.

Falſum teſtimonium prohibetur octavo præcepto decalogi, 22. q. 122. 6. ad 2.

1 * Fama bona eſt nobis neceſſaria propter nos, quia eſt præcipuum bonum inter exteriora bona, quia facit idoneum ad officia humana, & præſervat á peccatis; & propter alios, ne ſcandalizentur, & malum exemplum ſumant ad peccandum, 22. q. 73. 2. 3. c.

2 Quadrupliciter læditur directe, ſcil. imponendo falſum, adaugendo peccatum, manifeſtando occulta, pervertendo intentionem. Sed indirecte dupliciter læditur, ſcilicet negando bona alterius, vel malitioſe reticendo, 22. q. 73. 1. ad 3.

3 Læditur tripliciter, ſcilicet juridice, & falſe, & manifeſtando occulta. Secundo modo, & tertio tenetur quis ad reſtitutionem, non autem primo modo, 22. q. 72. 2. ad 2. item q. 73. 2. o.

Fames, ſitis, & deſiderium in beatis, dicitur per remotionem faſtidii, 12. quæſt. 67. 4. ad 3.

1 Familiaritas cum peccatoribus vitari debet ab imperfectis propter periculum, non autem à perfectis propter fructum, 22. q. 25. 6. ad 5.

Fas proprie eſt lex divina, ſed jus eſt lex humana, 22. q. 57. 1. ad 3.

Faſcinatio eſt infectio ab oculis infectis, propter malitiam animæ, vel ex Dei permiſſione, vel cooperante fato occulto vel dæmone, 1. q. 117. 3. ad 2.

Fatue dicere, vel racha, vel iraſci, non ſunt ſpecies iræ, ſed gradus ejus. Et eſt peccatum mortale, quando peccatum interius conceptum ad effectum perducitur, ſub ratione vindictæ, 12. q. 46. 8. ad 3. & 22. quæſt. 158. 5. ad 3.

1 Fatum proprie eſt diſpoſitio ſyderum, qua quis eſt conceptus vel natus. Sed improprie eſt providentia Dei; ideo eſt in rebus, 1. quæſt. 116. o.

2 Dicitur à fari, quaſi effatum divinæ providentiæ, vel quia antiqui ſolebant per illud de futuris effari, 1. q. 116. 1. c. fin.

3 Non eſt qualitas, nec ſubſtantia, ſed eſt relatio multiplex, ratione effectuum, vel cauſarum ſecundarum, non autem reſpectu Dei, 1. q. 116. 2. ad 3.

4 Ratio gubernationis in mente Dei, eſt providentia, ſed in cauſis ſecundis eſt fatum, 1. q. 116. 1. o.

5 Non omnia ſubduntur fato, ſed tantum effectus cauſarum ſecundarum, 1. q. 116. 1. c. item 4. o.

6 Fatum reſpectu cauſarum ſecundarum eſt mobile, ſed reſpectu cauſæ primæ eſt immobile, non quidem abſolute ſed ſub conditione providentiæ, 1. q. 116. 3. o.

Febris ethica eſt intenſior aliis, licet calor ejus minus ſentiatur, quia eſt infuſa membris, quaſi complexio, 12. q. 29. 3. o.

Fœcunditas bonorum operum duplex, ſcilicet in ſe per baptiſmum, & in aliis per ordinem ſacrum, 3. q. 69. 5. ad 3.

1 Cum dicitur quod felicitas non eſt in habitu, intelligendum eſt de habitu, de quo non procedit actus. Qui enim eſt in habitu, & non in actu, ſimilis eſt dormienti. Oportet autem quod actus ille in quo fœlicitas conſiſtit, ab habitu aliquo progrediatur, ſecundum ſententiam Philoſophi. Alias operatio non eſſet delectabilis, & perfecta, 12. q. 3. 2. ad 4. fin.

2 Ultima fœlicitas hominis non quidem ſimpliciter, ſed ad quam per ſua naturalia poteſt pervenire, eſt cognitio ſubſtantiarum ſeparatarum, non quidem quidditativa, ſed quid non ſunt per ſenſibilia, 22. quæſt. 2. 8. ad 1. item q. 3. 7. o.

3 Fœlicitas magna, ſed non ultima, eſt in contemplatione ſubſtantiarum ſeparatarum, ſi perfecte intelligerentur, 1. q. 64. 1. ad 1. item q. 89. 2. ad 3.

4 Terrena conſiſtit in quinque, ſcilicet voluptate, divitiis, poteſtate, dignitate, & fama, 1. q. 26. 4. c. item 12. q. 2. o.

1 Fœmina in holocauſtis non offerebatur in veteri teſtamento, qui eſt animal imperfectum, 12. q. 102. 3. ad 9.

2 Fœmina non poteſt eſſe principium generationis activum, 3. q. 67. 4. ad 3.

3 Generatio fœminæ contingit ex intentione Dei, & naturæ univerſalis, ſed reſpectu naturæ particularis, contingit ex defectu imaginationis, vel virtutis activę, vel materię, vel propter aliquid exterius, ſcilicet venti, loci, tem-

temporis, & hujuſmodi. Ideo eſt quid occaſionatum, & defficiens, 1. *q.* 92. 1. *ad* 1. & *q.* 99. 2. *ad* 1. & *ad* 2.

Fœminalia ſignificant continentiam, quæ perpetuo indicitur miniſtris novi teſtamenti. Non autem miniſtris veteris teſtamenti, ſed tantum tempore ſacrificiorum quo utebantur eis, 12. *q.* 102. 4. *ad* 7.

1 * Fœmeninum genus adaptatur eſſentiæ, & proprietatibus, maſculinum perſonis, & neutrum eſſentiæ, 1. *q.* 31. 2. *ad* 4. item 3. *q.* 17. 1. *c.* item *q.* 52. 3. *c.*

2 Neutrum genus eſt informe, ſed maſculinum genus eſt formatum, & diſtinctum, & ſimiliter fœmeninum, 1. *q.* 31. 2. *ad* 4.

1 Fermentum ſignificat fervorem charitatis, ſicut azymus ſinceritatem, 3. *q.* 74. 4. *c. ad* 3. item *ad* 4.

2 Significat charitatem, ratione ſui effectus, ſcil. ſaporis; ſed ſignificat corruptionem peccati, ratione ſuæ ſpeciei, 3. *q.* 74. 4. *c.* fin. item *ad* 3.

3 Non offerebatur in ſacrificiis, propter corruptionem; vel quia forte offerebatur idolis; 12. *q.* 102. 3. *ad* 14.

4 Ferri candentis tactu non licet in judicio probare innocentiam, vel crimen, 22. *q.* 95. 8. *ad* 3. item 3. *q.* 80. 6. *ad* 3.

1 Fervor voluntatis non eſt virtuoſus, ſi non ſit ratione ordinatus. Et ideo ſi aliquis ex fervore animi præoccupet debitum tempus, non erit laudandus, 22. *q.* 106. 4. *ad* 2.

1 Feſtum omne veteris teſtamenti habet aliquod feſtum ſibi ſuccedens in novo teſtamento, 12. *q.* 103. 3. *ad* 4.

2 Ratio, & expoſitio, & figura omnium feſtorum veteris teſtamenti, 12. *quæſt.* 102. 4. *ad* 10.

3 Feſta temporalia veteris teſtamenti erant octo, ſcil. ſabbatum, neomenia, paſcha, pentecoſtes, tubarum, expiationis, tabernaculorum, & cætus. Et unum erat continuum, ſcilicet juge ſacrificium, 12. *quæſt.* 102. 4. *ad* 10.

4 Feſtum tubarum erat prima die Septembris, in memoriam liberationis Iſaac. Et erat invitatio ad feſtum expiationis, & figura prædicationis Apoſtolorum, quorum feſta ſuccedunt ei, 12. *q.* 102. 4. *ad* 10. item *quæſt.* 103. 3. *ad* 4.

5 Feſtum expiationis erat die decima Septembris, in memoriam expiationis peccati de adoratione vituli ad preces Moyſis, 12. *quæſt.* 102. 4. *ad* 10.

6 Feſta martyrum, & Confeſſorum ſuccedunt feſto expiationis, 12. *q.* 103. 3. *ad* 4.

7 Feſtum conſecrationis Eccleſiæ fit octo diebus, ad ſignificandum Reſurrectionem Chriſti, & membrorum Eccleſiæ, 3. *q.* 83. 3. *ad* 4.

8 * Peccans in feſto magis facit myſtice contra tertium præceptum, quam qui ad litteram aliquod opus corporale licitum facit in eo, 22. *q.* 122. 4. *ad* 3.

Jus patronatus non poteſt per ſe vendi, nec dari in feudum, ſed cum poſſeſsione tranſit, 22. *q.* 100. 4. *ad* 3.

1 Fictio eſt oſtendere dicto vel facto, quod non eſt verum, & eſt ſpeciale peccatum, ſi hoc intendatur, 3. *q.* 69. 9. *ad* 3.

2 Conſequitur ſuperbiam, quia appetens excellentiam fingit ſe fortem, & hujuſmodi, 22. *q.* 162. 7. *ad* 5.

3 Fictio relata ad rem ſignificatam, ut metaphora, non eſt mendacium, ut patet in figurativis locutionibus, 22. *q.* 110. 3. *ad* 6. item *q.* 111. 1. *ad* 1. & 3. *q.* 55. 4. *ad* 1. & *q.* 76. 8. *c.*

1 Fidelium univerſitas in tres ſtatus ſolet diſtingui, ſcil. in ſtatum incipientium, proficientium, & perfectorum; 22. *q.* 124. 9. *o.*

1 Fides importat aſſenſum intellectus ex electione ad illud quod creditur, cum certitudine, 12. *q.* 56. 3. *c.* item 22. *q.* 1. 4. *c.* & *q.* 4. 1. *c.* & *q.* 8. 6. *ad* 2. & *q.* 171. 5. *c.*

2 Sex diffinitiones fidei exponuntur, & reducuntur ad eam, quam dat Sanctus Palus, ut ad perfectiſsimam, 22. *q.* 4. 1. *o.*

3 Fides formata eſt virtus, non autem informis, nec fides, de qua loquitur Ariſtoteles, 12. *q.* 62. 3. *ad* 2. item *q.* 65. 4. *o.* item 5. *ad* 2. item 22. *q.* 45. 3. *o.*

4 Fides, quæ eſt gratia gratis data, eſt excellentia, vel conſtantia fidei quę eſt virtus. Sed fides quæ eſt fructus, eſt delectatio, ratione certitudinis ejus, 22. *q.* 4. 5. *ad* 4. it. *q.* 8. 8. *o.*

5 * Fides eſt ſubſtantia, id fundamentum totius ſpiritualis ædificii, 3. *q.* 73. 3. *ad* 3.

6 Dicitur ſextripliciter, ſcilicet habitus formatus, informis actus, objectum, ſacramentum, & quælibet certitudo de divinis, 12. *q.* 55. 1. *ad* 1. item 22. *q.* 8. 8. *o.*

7 Dicitur dupliciter, ſcilicet res credita, & habitus. Et hoc dupliciter, ſcilicet reſpectu objecti formalis, & reſpectu ſubjecti. Primo modo, & etiam ſecundo, fides eſt una; ſed tertio modo ſunt plures, 12. *q.* 107. 1. *ad* 1. & 22. *q.* 1. 6 *ad* 2. & *q.* 4. 6. *o.* item *q.* 5. 4. *c.*

8 Eſt una dupliciter, ſcil. ratione unius objecti, & quia multos unit, 22. *q.* 4. 6. & *q.* 5. 4. *c.* & *q.* 10. 5. *ad* 1. & *ad* 3. & *q.* 23. 5. b.

9 Aliquid cadit ſub fide dupliciter, ſc. directe, ideſt principaliter tradita nobis divinitus; & indirecte, ideſt ea, ex quibus negatis ſequitur aliquid contrarium fidei, 3. *q.* 32. 4. *c.* it. 22. *q.* 1. 6. *ad* 1. & 7. *c.* & *q.* 2. 5. *c.* & *q.* 8. 2. *o.* item 3. 6. *c.* & *q.* 11. 2. *c.*

10 Ad fidem requiruntur duo, ſcilicet quod credibilia proponantur, & aſſenſus, 1. *q.* 111. 1. *ad* 1. item 22. *q.* 6. 1. *c.*

11 Aliqua pertinent ad fidem dupliciter, ſcilicet per ſe, ideſt ea per quæ ducimur ad beatitudinem, & beati erimus, & per accidens, 22. *q.* 1. 6. *ad* 1. & 7. *c.* & *q.* 2. 5. 7. *c.* item *q.* 89. 6. *c.*

12 Deviare à recta fide contingit dupliciter, ſcilicet non credendo Chriſto, ſicut pagani; vel male eligendo credibilia, ſicut hæretici, 22. *q.* 11. 1. *c.*

13 Objectum fidei eſt non viſum, 12. *q.* 67. 3. *c. ad* 1. item 22. *q.* 1. 4. *o.* item 5. *c.* item 6. *c. ad* 2. item *q.* 8. 1. *c.* item 3. *q.* 7. 3. *c. ad* 3. item 4. *c.* & 8. *ad* 2. item 9. *ad* 1. & *q.* 9. 3. *ad* 1.

14 Nihil eſt objectum fidei, niſi ſub ratione non apparentis, 22. *q.* 1. 4. 5. *o.* item *q.* 4. 1. *o.* item 3. *q.* 7. 3. *o.*

15 Nihil cadit ſub fide, niſi á Deo revelatum, & ut habens ordinem ad Deum, 1. *q.* 1. 3. *c. ad* 1. & 22. *q.* 1. 1. *c. ad* 1. item *q.* 2. 2. *c.* & *q.* 17. 2. *ad* 2.

16 Nullum falſum poteſt ſubeſſe fidei, 1. *q.* 1. 8. *c.* fin. item *q.* 13. 12. b. item 22. *q.* 1. 3. *o.* item *q.* 4. 5. *c. ad* 2. item *q.* 10. 2. *ad* 3. item 3. *q.* 46. 2. *ad* 4.

17 Idem eſt objectum & finis fidei, ſcilicet Deus, non quidem ſecundum eamdem rationem, quia ut veritas prima eſt objectum, ſed ut ſumma bonitas eſt finis ejus, 3. *q.* 7. 4. *c.*

18 Objectum fidei duplex ſcilicet materiale, & formale, ſcilicet veritas prima, 12. *q.* 67. 3. *ad* 1. & 22. *q.* 1. 1. *o.* & 2. 3. *c.* & *q.* 2. 2. *c.* & *q.* 4. 1. *c.* & 2. *ad* 3. & 6. *c.* & *q.* 5. 1. 3. 4. *c.* & *q.* 7. 1. *ad* 3.

19 * Objectum fidei bene & vere poteſt dici complexum & incomplexum, 22. *q.* 1. 2. *o.*

20 Ad fidem pertinent aliqua dupliciter, ſcilicet eſſentialiter, ideſt quæ ſunt ſupra rationem humanam ſimpliciter; & per accidens, ſcilicet reſpectu alicujus, ut præambula fidei, 1. *q.* 2. 2. *ad* 1. & 22. *q.* 1. 5. *c. ad* 3. item *ad* 4.

21 Articuli fidei ſunt ſicut principia in doctrina ſacra, 1. *q.* 1. 6. *ad* 3. item 7. 8. *c.* & 12. *q.* 111. 4. *c.* item 22. *q.* 7. 1. *c.*

22 Diſtinguuntur ſecundum ſpecialem rationem, & difficultatem non viſi, 22. *q.* 1. 6. *o.*

23 Sunt duodecim, ſecundum numerum Apoſtolorum; ſed ſunt quatuordecim, quoad credibilia, 22. *q.* 1. 8. *o.*

24 Creverunt, ſecundum ſucceſsionem temporum, & vicinitatem ad Chriſtum, quoad explicationem, non autem quoad ſubſtantiam, 22. *q.* 1. 7. *o.* & *q.* 2. 7. *c.* item *q.* 174. 6. *c.* item 3. *q.* 61. 3. *ad* 2.

25 Sunt per ſe noti habenti lumen fidei, ſcilicet cuilibet fideli, 12. *q.* 100. 4. *ad* 1.

26 * Ex uno articulo fidei probatur alius; ſicut Paulus argumentatur ad reſurrectionem communem, ex reſurrectione Chriſti, 1. *q.* 18. *c. princ.*

27 * Errans in aliquo articulo non habet veram fidem de aliis, 22. *q.* 5. 3. *o.* item 4. *ad* 1.

28 Papa non poteſt addere, minuere, vel mutare aliquid de articulis fidei, vel ſacramentis eccleſiæ, ſed ſolus Chriſtus, 3. *q.* 83. 3. *ad* 8. item *q.* 84. 2. *o.*

29 Fides eſt in intellectu ſubjective, 22. *q.* 4. 2. *o.*

30 Eſt principaliter in intellectu ſpeculativo & ſecundario in practico, 12. *q.* 58. 3. *c.* & 22. *q.* 4. 2. *ad* 3. & *q.* 9. 3. *c.*

31 Eſt major in uno homine quam in alio, quoad certitudinem, devotionem, confidentiam, & explicationem, non autem quantum ad rationem formalem objecti ejus, 22. *q.* 5. 4. *o.*

32 Et ſolum inquantum majores adhærent doctrinę divinæ, 22. *q.* 2. 6. *ad* 3.

33 Genus humanum tripliciter ſe habuit ad fidem Chriſti, ſecundum tria tempora, ſcilicet ante legem, ſub lege, & ſub gratia, 22. *q.* 174. 6. *c.* item 3. *q.* 68. 1. *ad* 1.

34 * Homo in ſtatu innocentiæ habuiſſet fidem de incarnatione Chriſti, 22. *q.* 2. 7. *c.* item 3. *q.* 1. 3. *ad* 5.

35 Fides antiquorum & modernorum eſt eadem ſpecie, ſed differt numero in diverſis, 12. *q.* 103. 4. *c.* & *q.* 107. 1. *ad* 2. & 22. *q.* 4. 6. *o.* item 3. *q.* 70. 1. *c.*

36 * Non eſt in beatis, 12. *q.* 67. 5. 5. *o.* & 22. *q.* 4. 4. *ad* 1. item *q.* 16. 2. *o.* & *q.* 18. 2. *c.* & 3. *q.* 7. 3. *ad* 3.

37 * Eſt in dęmonibus coacta, non laudabilis, nec donum à gratia, 1. *q.* 64. 2. *ad* 5. item 22. *q.* 5. 2. *o.* item *q.* 18. 3. *ad* 2. item 3. *q.* 76. 7. *c.*

38 Timor Dei non poteſt univerſaliter præcedere fidem, ſed ſuppoſitis articulis de excellentia Dei, de pœnis, & hujuſmodi, 22. *q.* 7. 1. *ad* 1.

39 Initium fidei non eſt ex nobis, licet hoc aliquando tenuerit Auguſtinus, 12. *q.* 114. 5. *ad* 1. & 22. *q.* 6. 1. *c.*

40 Hæreſis Pelagii, quod initium fidei eſt ex nobis, ſed confirmatio fidei eſt à Deo, 22. *q.* 6. 1. *c.*

41 Fides cauſatur dupliciter, ſcilicet quoad habitum à ſolo Deo, & quoad hoc, quia requiritur ad fidem, quod proportionatur credibilia, ab angelis, & hominibus, 1. *q.* 111. 1. *ad* 1.

42 Quoad proponenda credibilia, neceſſario eſt à Deo immediate quibuſdam, & aliis per angelos & prædicatores, ſed quoad aſſenſum intrinſece eſt á ſolo Deo; extrinſece vero & inſufficienter, ſcil. proponendo, & perſuadendo, eſt etiam ab aliis, 22. *q.* 6. 1. *o.*

43 Informis cauſatur à Deo, cujus eſt donum, quoad ſubſtantiam; non autem quoad informitatem ejus, 22. *q.* 5. 2. *ad* 2. & *q.* 6. 2. *o.*

44 Ratio naturalis ſubſervit fidei; ſicut naturalis inclinatio voluntatis ſubſervit charitati, 1. *q.* 1. 8. *ad* 2. & *q.* 2. 2. *ad* 1.

45 Fides gignitur & nutritur per ſcientiam extrinſece tantum, ſcil. perſuadendo, 1. *q.* 1. 2. b. item 22. *q.* 6. 1. *ad* 1.

46 Totum enim certiſsimum eſt, quod fides habet; ex quacumque enim parte ad fidem acceditur, omnis intellectus captivatur in obſequium Chriſti; nec mirum, cum etiam veritas creata cogat intellectum ſibi aſſentire, 22. *q.* 171. 5. *o.*

47 Fides eſt neceſſaria, ut principium ſpiritualis vitæ, 22. *q.* 16. 1. *ad* 1.

48 Vita ſpiritualis attribuitur fidei, ſicut in qua primo manifeſtatur, 12. *q.* 110. 3. *ad* 1.

49 Fides ſemper manet, inquantum eſt fundamentum ſpiritualis ędificii, ideſt, ratione cognitionis, non autem ratione ænigmatis, 12. *q.* 67. 3. *ad* 2.

50 Puritas cordis eſt effectus fidei, 22. *q.* 7. 2. *o.*

51 Viſio beata ſuccedit fidei, 1. *q.* 12. 7. *ad* 1. & 12. *q.* 4. 3. *c.* item 22. *q.* 4. 2. b. item *q.* 5. 1. *c.*

52 Fides ut faciat æſtimationem de præmio, generat ſpem; de pœnis autem generat timorem, 22. *q.* 7. 1. *ad* 2.

53 Timor ſervilis eſt effectus fidei informis; timor autem finalis eſt effectus fidei formatę, 22. *q.* 7. 1. *ad* 2.

54 Per fidem Chriſti homo pertinet ad teſtamentum novum, 12. *q.* 106. 1. *ad* 3. item *q.* 107. 1. *ad* 3.

55 Nullus umquam habuit gratiam Spiritus Sancti, niſi per fidem Chriſti implicitam vel explicitam, propriam vel alienam, 12. *q.* 98. 2. *ad* 2. & *q.* 106. 1. *ad* 2. & *q.* 107. 1. *ad* 3. & 22. *q.* 2. 7. *ad* 3. & 3. *q.* 61. 3. *c.* *ad* 2. & *q.* 68. 1. *ad* 1.

56 Per fidem formatam mundamur à peccatis, virtute paſsionis Chriſti, 22. *q.* 7. 2. *ad* 2. & 3. *q.* 49. 1. *ad* 5. item 5. *ad* 1. & *q.* 52. 6. *c.* item 5. *ad* 1. & *q.* 52. 6. *c.* item *q.* 68. 4. *ad* 3.

57 Sancti patres, dum adhuc hic viverent, liberati ſunt per fidem Chriſti ab omni peccato, & à reatu pœnæ actualium; non autem reatu peccati originalis, 3. *q.* 52. 5. *ad* 2. & 7. *ad* 1. & 8. *ad* 3.

58 Actus fidei poteſt eſſe meritorius, ſi ſit informatus charitate, 22. *q.* 2. 9. *o.* & 3. *q.* 7. 3. *ad* 2.

59 In fide, ſcientia, & opinione ſunt duo actus, ſcil. aſſenſus, & actualis conſideratio; & uterque in fide poteſt eſſe meritorius; non autem in ſcientia & opinione, ſed tantum primus, 22. *q.* 2. 9. *ad* 2. item 10. *c.*

60 Meritum fidei conſiſtit in hoc, quod homo ex obedientia Dei aſſentit illis quæ non videt, 3. *q.* 7. 3. *ad* 2.

61 Fides percipit inviſibilia Dei, altiori modo, quoad multa, quam ratio naturalis ex creaturis in Deum procedens, 22. *q.* 2. 3. *ad* 3.

62 Inclinat ad reſiſtendum omni contrario ſuo, 22. *q.* 1. 4. *ad* 3. item *q.* 2. 3. *ad* 2.

63 Dirigit intentionem reſpectu ultimi finis ſupernaturalis; ſed lumen naturalis rationis, reſpectu alicujus boni connaturalis, 22. *q.* 10. 4. *ad* 2.

64 Profecerunt homines in fidei cognitione per temporum ſucceſsionem, 22. *q.* 1. 7. *ad* 2.

65 Explicatio credendorum fit per revelationem divinam, 22. *q.* 2. 6. *c.*

66 In iis quæ ad ſubtilitatem fidei pertinent, ſolent hæretici fidem ſimplicium depravare, 22. *q.* 2. 6. *ad* 2.

67 Ea quæ ſunt fidei, non ignorantur omnino, ſed imperfecte cognoſcuntur, 1. *q.* 12. 13. *ad* 3. item 22. *q.* 1. 4. *ad* 2. item *ad* 3. item 5. *ad* 1.

68 Sunt viſa in communi eſſe credibilia, non autem in ſpeciali, ſed tantum ſunt credita, 22. *q.* 1. 4. *ad* 2. item *ad* 3. item 5. *ad* 1. item *q.* 2. 9. *ad* 3. & *q.* 8. 4. *ad* 2.

69 Ad veritatem fidei pertinent credulitas cordis, & exterior fidei proteſtatio per verba vel facta, quia omnia opera virtutum, ut relata in Deum, ſunt quædam proteſtationes fidei, 22. *q.* 124. 5. *c.*

70 Fides noſtra principaliter conſiſtit in duobus, ſcilicet in vera cognitione Dei, & in myſterio Incarnationis Chriſti, 22. *q.* 174. 6. *c.* *princ.*

71 Ea quæ ſunt fidei, non contrariantur cognitioni naturali, nec è converſo, 1. *q.* 1. 8. *c.* fin item *q.* 2. 2. *ad* 1. item *q.* 30. 2. 1. *o.*

72 Nulla manifeſtatio excludit rationem fidei, niſi qua Deus per eſſentiam videtur, 22. *q.* 5. 1. *o.* item 3. *q.* 55. 5. *ad* 2.

73 Teſtimonium fidei noſtræ habemus ab hoſtibus, ſcilicet à Judæis, & quaſi in figura nobis ræpræſentatur quod credimus, & ideo in ſuis ritibus tolerantur, 22. *q.* 10. 11. *c.*

74 Nullus conetur demonſtrare ea quæ ſunt fidei, 1. *q.* 32. 1. *c.* item *q.* 9. 6. 2. *c.*

75 Rationes ſanctorum de fide non ſunt demonſtrativæ, ſed perſuadent non eſſe impoſſibile quod creditur, 1. *q.* 1. 8. *c.* *ad* 1. item *q.* 32. 1. *o.* item *q.* 46. 1. 2. *c.* item 22. *q.* 1. 5. *ad* 2. item *q.* 2. 10. *ad* 2. item 3. *q.* 55. 5. *ad* 2.

76 Rationes ad ea quæ ſunt fidei, non minuunt meritum, niſi ſint cauſa aſſenſus, 22. *q.* 2. 10. *o.* item 3. *q.* 55. 5. *ad* 3.

77 Apparentia non habent fidem, ſed agnitionem, ſecundum Gregorium, 22. *q.* 14. b. item *c.*

78 Omnes rationes contra fidem, ſunt deriſibiles, quia non ſunt ſecundum intentionem ſacræ ſcripturæ, 1. *q.* 1. 8. *c.* fin.

79 Fides compatitur motum dubitationis, non autem ſcientia vel intellectus, quia fides non aſſentit propter evidentiam objecti, ſed ex imperio voluntatis, 1. *q.* 1. 5. *ad* 1. item 22. *q.* 4. 8. *ad* 1.

80 Fides per quam firmantur dicta, includitur in veritate, quoad obſervantiam promiſſorum; ideo eſt pars juſtitię, ſed veritas eſt in plus, 22. *q.* 80. *ad* 3.

81 Eſt nobilior ſcientia quoad objectum, ſed è converſo quoad modum cognoſcendi, 12. *q.* 76. 3. *ad* 1.

82 Fides, ſcientia, & opinio poſſunt eſſe de eodem materialiter ſimul, non autem ſecundum idem; niſi in diverſis, 12. *q.* 76. 3. *c.* item 22. *q.* 1. 5. *o.* & *q.* 2. 4. *ad* 2. & *q.* 5. 1. *c.* fin.

83 Differentia inter fidem, opinionem, ſcientiam, dubium, & neſcientiam, 12. *q.* 67. 3. *c.* & 22. *q.* 1. 4. *c.* & 5. *ad* 4. item *q.* 2. 1. *c.*

84 Fides formata & informis non differunt ſpecie, 22. *q.* 4. 4. *o.* item *q.* 19. 5. *ad* 1.

85 Formata eſt fundamentum ſpiritualis ædificii, non autem informis, 12. *q.* 89. 2. *ad* 2. & 22. *q.* 4. 7. *ad* 4. item 3. *quæſt.* 68. 4. *ad* 2.

86 Nulla eſt vera virtus ſine fide, 12. *q.* 63. 2. *ad* 1. item 22. *q.* 4. 7. *c.* fin. & *q.* 151. 1. *ad* 3.

87 Informis adveniente charitate, fit formata, manens eadem numero, 22. *q.* 4. 4. *o.*

88 Eſt nobilior virtutibus moralibus, ratione objecti, ſed è converſo ratione modi, 3. *q.* 7. 3. *ad* 1.

89 Eſt prima omnium virtutum per ſe, ſed per accidens poſterior fortitudine & humilitate, 12. *q.* 62. 4. *o.* item 22. *q.* 4. 7. *o.* item *q.* 162. 7. *ad* 3.

90 Eſt nobilior prudentia, quæ tamen magis repugnat peccato procedenti ex perverſitate appetitus, 22. *q.* 47. 13. *ad* 2.

1 Fiducia dicitur a fide, & eſt ſpes futuri auxilii, concepta ex dictis aliorum, vel ex iis quæ ſunt in ſe, vel in alio, 22. *q.* 129. 6. *o.*

2 Importat ſpem ad magna, vel pertinet ad fidei certitudinem, 22. *q.* 4. 5. *ad* 4.

3 Non eſt virtus proprie, ſed conditio ejus; ideo eſt pars integralis fortitudinis, non autem potentialis, 22. *q.* 129. 6. *ad* 3.

4 Fiducia importat robur ſpei, ſed ſecuritas importat perfectam quietem à timore, 22. *q.* 129. 6. *c.* *ad* 2. & *ad* 3. & 7. *c.*

5 Spes dicitur fiducia, quia cauſatur ex ea, ſicut motus appetitus cauſatur ex cognitione, 12. *q.* 40. 2. *ad* 2.

6 Spes ut virtus theologica, facit confidere in Deo; ſed fiducia facit confidere in ſe tamen ſub Deo, 22. *q.* 128. *ad* 2.

7 Fiducia eſt idem quod magnanimitas, 22. *q.* 128. *c.*

8 Principaliter pertinet ad magnanimitatem, & ex conſequenti ad fortitudinem, ſed ſecuritas è converſo, 22. *q.* 129. 6. 7. *o.*

9 Fiducia circa idem opponitur deſperationi, timori autem ſecundum contrarietatem objectorum, 22. *q.* 129. 6. *ad* 2.

1 Fieri dupliciter, ſcilicet terminatio motus, & ipſe motus: primo modo fieri & factum eſſe ſunt ſimul, nec differunt, niſi ſecundum rationem; ſed ſecundo modo differunt realiter; & fieri prius eſt tempore, quam factum eſſe in permanentibus, non autem in ſucceſsivis, 1. *q.* 45. 2. *ad* 3. & *q.* 46. 3. *ad* 2. & 3. *q.* 33. 3. *ad* 1. & *ad* 2. & *q.* 75. 7. *ad* 2. & *q.* 78. 2. *c.*

2 Fieri in aliqua menſura loci vel temporis contingit dupliciter, ſcilicet præſuppoſita ea, ut in quolibet particulari effectu, vel ſimul producta, ut mundus, 1. *q.* 46. 3. *ad* 1.

3 De ratione mutationis eſt habere ſe aliter nunc quam prius, non autem de ratione ipſius fieri, 1. *q.* 45. 2. *ad* 2.

4 Converti dicit tantum ordinem terminorum, ſed fieri & mutari addit unitatem ſubjecti, 3. *q.* 75. 8. *c.*

5 Cum dicitur, hoc fit hoc, exprimitur identitas ſubjecti; ſed cum dicitur ex hoc fit hoc, exprimitur tantum ordo terminorum, 3. *q.* 75. 8. *c.*

6 Tunc res dicuntur fieri, quando innoteſcunt, 3. *q.* 13. 2. *ad* 1.

7 Illud quod fit, eſt, ſi fieri ſumatur pro termino motus, non autem pro motu, 1. *q.* 45. 1. *ad* 3.

1 Figura eſt forma quanti, 1. *q.* 7. 3. *ad* 2. item 3. *c.*

2 Proprie eſt tantum in corporeis, 3. *q.* 63. 2. *ad* 1.

3 Nullus actionis vel paſsionis eſt principium, 22. *q.* 96. 2. *ad* 2.

4 Identitas ſpecifica non ſumitur ex identitate figuræ, ſed ex generatione ſimilis in ſpecie, 3. *q.* 74. 3. *ad* 2.

5 Diverſæ figuræ legales in templo fuerunt inſtitutæ ad ſignificandum Chriſtum, propter imperfectionem earum, 12. *q.* 102. 4. *ad* 6.

1 Filiatio eſt tantum exeuntis generante, & completi in ſpecie generantis, 1. *q.* 27. 2. 4. *c.* item 3. *q.* 32. 3. *c.*

2 Paternitas, maternitas, & filiatio conveniunt tantum viventibus, & præcipue animalibus, 3. *q.* 32. 3. *c.* & *quæſt.* 35. 3. *ad* 1.

3 Ad hoc quod natum ex alio materialiter

ter ſit filius ; oportet quod in ſimilitudinem ſpeciei producatur, 3. q. 32. 3. c.

4 Filiatio & adoptio convenit tantum perſonæ, ſed creaturam eſſe, ſubjectio & ſervitus conveniunt etiam naturæ, 3. q. 23. 4. o. & q. 24. 1. ad 2. & q. 35. 5. c.

5 Pater dat filio tria, ſcilicet eſſe, nutrimentum, & inſtructionem, 12. q. 100. 5. ad 4. & 22. q. 101. 1. c. item q. 102. 1. c. & q. 106. 1. c. & 6. ad 1.

6 * Filius amittit hęreditatem propter peccatum parentis, in crimine læſæ majeſtatis, 22. q. 108. 4. ad 2.

7 Filiatio eſt in divinis, 1. q. 27. 2. o. & q. 42. 4. c.

8 In divinis non poteſt eſſe niſi unus filius, 1. q. 27. 5. ad 3. item q. 41. 6. o.

9 Eadem proprietas, ſcilicet nativitas, ſignificatur per omnia nomina filii Dei, ſed diverſis rationibus, 1. q. 34. 2. ad 3.

10 Nomina propria filii Dei ſunt quatuor, ſcilicet, filius, ſplendor, imago, & verbum, 1. q. 34. 2. ad 3. & q. 42. 2. ad 1.

11 Ea quæ ſunt hominis, dicuntur de filio Dei, & é converſo, 1. q. 43. 7. ad 1. & 3. q. 3. 6. ad 3. item q. 9. 1. ad 3. item q. 10. 1. ad 3. & q. 16. 4. 5. 8. c. & q. 20. 2. o.

12 Filius Dei eſt verus Deus 1. q. 27. 1. c. fin. item q. 41. 3. o. item 3. q. 43. 4. o.

13 Non eſt quid principiatum, nec effectus, nec de ſe non ens, 1. q. 33. 1. ad 2. item q. 42. 3. c.

14 Non eſt factus, nec operatus, 1. q. 41. 3. c.

15 In Chriſto eſt tantum una filiatio ſecundum rem, ſcilicet æterna ad patrem, & alia ſecundum rationem, & temporalis ad matrem, 3. q. 35. 5. o.

16 Chriſtus eſt reali relatione matris ad eum, eſt realiter filius ejus, 3. q. 35. 5. c.

17 Pater eſt major filio, ratione dationis, quæ auctoritatem dicit, non autem ratione dati, ſed filius nullo modo eſt minor patre, 1. q. 33. 1. ad 2. item q. 42. 4. ad 1.

18 Tunc inviſibiliter filius Dei cuique mittitur, cum à quoquam cognoſcitur, atque percipitur ſecundum Auguſtinum ; perceptio autem experimentalem quamdam notitiam ſignificat ; & hæc proprie dicitur ſapientia, quaſi ſapida ſcientia, 1. q. 43. 5. ad 2. & ad 3. & 12. q. 112. 3. c. & 22. q. 43. 1. ad 1. & ad 2.

19 Ad habendum filium Dei in ſe requiritur cognitio, non quidem actualis, ſed habitualis non quælibet, ſed quę prorumpat in affectum amoris, 1. q. 43. 5. ad 2. & ad 3.

20 Aliquis dicitur filius Dei quintupliciter, ſecundum quintuplicem ſimilitudinem, ſcilicet naturæ, veſtigii, imaginis, gratiæ, & gloriæ, 1. q. 33. 3. c.

Fingens quod nihil ſignificat, mentitur, & non cum refert ad aliquam ſignificationem, 22. q. 111. 1. ad 2.

1 Finis cauſalitas eſt prima omnium, 1. q. 5. 4. c. item 12. q. 1. 2. c.

2 Finis cujuslibet rei eſt operatio ejus propria, vel ad quod per eam venit, 12. q. 49. 3. c. ad 3. item 4. ad 1. item q. 56. 1. c.

3 Finis & ſi ſit poſtremus in executione, eſt tamen primus in intentione agentis, & ſic habet rationem cauſæ, 12. q. 1. 1. ad 1. item 3. ad 2. item 4. c. item q. 18. 7. ad 3. item q. 20. 1. ad 2. & q. 25. 1. 2. c. item q. 84. 2. c. item 22. q. 189. 1. ad 5. item 3. q. 61. 3. ad 1. & q. 62. 6. c.

4 Omnia quę ſunt unius generis, conveniunt in communi fine illius generis, 12. q. 1. 5. c.

5 In finibus non itur in infinitum, 12. q. 1. 4. o.

6 Finis non eſt cauſa niſi ſecundum quod movet efficientem, 12. q. 1. 1. ad 1.

7 Dicitur dupliciter ; ſcilicet id propter quod eſt aliquid, & bonum completive ſuperveniens, ut delectatio, 12. q. 33. 4. c.

8 Duplex, ſcilicet proximus & remotus, vel ultimus, 12. q. 12. 2. c. & q. 21. 1. ad 2. item 22. q. 23. 7. c. item q. 123. 7. c.

9 Duplex, ſcilicet naturalis & ſupernaturalis, 1. q. 23. 1. c. item 12. q. 109. 5. ad 3.

10 Duplex, ſcilicet imaginarius & deliberatus, 12. q. 1. 1. ad 3.

11 Duplex, ſcilicet proportionatus, & non proportionatus ei, quod eſt ad finem : primus eſt perfectio inhęrens, non autem ſecundus, niſi ſecundum ſimilitudinem, quia eſt aliquid ſubſiſtens, ſcilicet bonitas Dei, 1. q. 23. 1. c. item q. 25. 5. c. fin. item q. 62. 4. c. item q. 63. 2. o. item q. 103. 2. o.

12 Duplex, ſcilicet finis cujus, ideſt in quo eſt ratio boni, & finis quo, ideſt uſus vel adeptio ejus, 1. q. 16. 3. ad 2. item 12. q. 1. 8. c. item q. 2. 7. o. item q. 3. 1. c. 8. ad 2. item q. 5. 2. c. item q. 11. 3. ad 3. & q. 16. 3. c. & q. 34. 3. c. fin.

13 Duplex, ſcilicet operis, & operantis, 22. q. 141. 6. ad 1.

14 Duplex, ſcilicet interior ut operatio, & exterior, ideſt objectum operationis, 12. q. 13. 4. c.

15 Duplex, ſcilicet principaliter intentus, & cui aliquid eſt utile, primo modo finis eſt nobilior iis quæ ſunt ad finem, non autem ſecundo modo, 22. q. 111. 5. c. ad 3.

16 Tripliciter acquiritur, ſcilicet ut forma, ut operatum, & ut poſſeſſum, 1. q. 103. 2. ad 1. item ad 2.

17 Dupliciter habetur, ſcil. perfecte, ideſt realiter, & imperfecte, ideſt intentionaliter, 12. q. 11. 4. c. ad 1. & q. 16. 4. c. & q. 69. 1. c.

18 Cognitio finis duplex, ſcilicet perfecta, ideſt ſub ratione finis, & imperfecta, ideſt ejus quod eſt finis materialiter tantum ; prima convenit tantum naturæ rationali ; ſecunda vero convenit etiam brutis, 1. q. 59. 1. c. item 12. q. 6. 2. c. & q. 11. 2. c.

19 * Impoſſibile eſt, quod aliqua operatio voluntatis habeat rationem ultimi finis, 1. q. 26. 2. ad 2. item 12. q. 1. 1. ad 2. item q. 3. 4. ad 2. item q. 19. 1. ad 2.

20 Finis ultimus creaturæ rationalis eſt viſio divinæ eſſentiæ, 12. q. 3. 4. c. & 22. q. 167. 1. ad 1.

21 Ultimus finis dicitur dupliciter, ſcilicet ultimus ſimpliciter, ideſt Deus ; & ultimus in genere operationum, ideſt beatitudo, 12. q. 1. 1. ad 2. fin.

22 * Res naturales diriguntur á Deo ad finem boni, & creaturę rationales ad ultimum finem, 1. q. 103. 1. c. & 12. q. 5. 5. ad 2.

23 Voluntas non eſt ad oppoſita reſpectu ultimi finis, 12. q. 5. 4. ad 2.

24 Eſt ipſius finis tantum, 12. q. 8. 2. c.

25 Idem actus voluntatis eſt eorum quæ ſunt ad finem, & ipſius finis, ut ratio, non autem abſolute, 12. q. 8. 3. o. & q. 12. 4. c.

26 Voluntas ut potentia, eſt eorum quæ ſunt ad finem, ſed ut actus, eſt tantum ipſius finis, 12. q. 8. 2. o.

27 Voluntas non poteſt ſimul ferri in plures ultimos fines, 12. q. 1. 5. o. & q. 12. 2. ad 1. & q. 13. 3. ad 3.

28 Ultimus finis dicitur dupliciter, ſcilicet, ſimpliciter. ideſt res poſſeſſa, & quoad aliquem, ſcilicet poſſeſſio, vel adeptio, vel fruitio rei, 12. q. 2. 7. c.

29 * Impoſſibile eſt quod anima vel aliquid ejus ſit ultimus finis, niſi ſecundo modo, 12. q. 2. 7. c.

30 Quicquid facit homo, agit propter finem, etiam agendo actionem, quæ eſt ultimus finis, 12. q. 1. 1. ad 2.

31 Homo non habet ultimum finem ſuum in hac vita ſicut alia animalia, quia finis eſt ſupra naturam ejus, 22. q. 5. 5. ad 2. & q. 91. 4. o. item q. 109. 5. ad 3.

32 Omnes homines habent eundem ultimum finem formaliter, non autem materialiter, 12. q. 1. 5. c. item 7. o.

33 Ad connaturalem finem ultimum hominis, ſcilicet bene vivere totum, ordinantur primo conſilium, ſecundo judicium, & ultimo & immediate pręceptum ; ſed proximus finis conſilii eſt inventio agendorum, & judicii certitudo, 22. q. 51. 2. ad 2.

34 Omnium rerum eſt unus ultimus finis cujus, ſcilicet Deus, non autem finis quo, 1. q. 103. 2. o. item 12. q. 1. 8. o. & q. 3. 8. ad 2.

35 Quælibet res tendit in finem ultimum, per propriam operationem, 1. q. 62. 4. c. item 12. q. 21. 1. ad 3.

36 Deus eſt ultimus finis humanæ voluntatis, 22. q. 122. 2. c. & q. 184. 1. c.

37 Ultimus finis cujuslibet rei eſt aſſimilari Deo, 1. q. 44. 4. ad 3. item 12. q. 1. 8. c. item q. 2. 5. ad 3.

38 Finis ſpiritualis vitæ eſt quod homo uniatur Deo, quod fit per charitatem, & ad hoc ordinantur ſicut ad finem omnia quæ pertinent ad ſpiritualem vitam, 22. q. 44. 1. c.

39 * Charitas eſt finis omnium virtutum, 22. q. 3. 2. ad 1. item q. 23. 8. ad 3.

40 Eſt finis præcepti, 22. q. 23. 4. ad 1. item q. 44. 1. c.

41 Finis cujuslibet virtutis moralis ei pręſtitutus à ratione naturali, eſt conformari rationi, 12. q. 66. 3. ad 3. & 22. q. 47. 6. 7. c.

42 Electio finis proximi eſt actus virtutis moralis principaliter, ſed prudentię originaliter, 12. q. 56. 4. ad 4.

43 Ea quæ ſunt ad finem, ſunt neceſſaria, quando ſine eis non poteſt haberi finis, non autem aliter, 1. q. 19. 3. c. & q. 82. 1. c. & q. 119. 4. c. item 12. q. 3. 6. ad 2. item q. 10. 2. ad 3. item q. 13. 6. ad 2. & q. 16. 6. ad 1. & 22. q. 187. 3. c.

44 Neceſſitas cujuslibet ordinati ad finem, ſumitur ex ipſo fine, 12. princ. it. q. 102. 2. c.

45 Finis eſt de ratione eorum quæ ſunt ad finem, 12. princ. item q. 1. 3. c.

46 Quæ ſunt ad finem, oportet ſumere bonitatem & modum à fine proximo, 12. q. 95 3. c. & q. 102. 1. c. & 22. q. 27. 6. c. & q. 33. 2. c. item 6. c. ad 3. item q. 87. 2. ad 3. item q. 123. 7. o. item q. 141. 6. c. ad 1.

47 Quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem, tanto eſt melius, 22. q. 152. 5. c.

48 Dignitas eorum quæ ſunt ad finem, præcipue ex fine conſideratur, princ. 12. q. 22. q. 174. 2. c.

49 Finis ſemper excellit rem, quæ eſt ad finem, 22. q. 152. 5. c.

50 Finis & ea quæ ſunt ad finem, debent eſſe conformia ſecundum proportionem, non autem ſecundum genus, 12. q. 96. 1. c. & q. 102. 1. c.

51 Finis quæritur in infinitum, non autem ea quæ ſunt ad finem, ſed ſecundum proportionem ad finem, 22. q. 27. 6. c. & q. 184. 3. c.

52 Comparatur ad ea quæ ſunt ad finem ; ſicut materia ad formam, 12. q. 4. 4. c. & q. 5. 7. c.

53 Comparatur ad ea quæ ſunt ad finem, ſicut ratio formalis ad objectum, & ſicut principia ad concluſiones, 1. q. 47. 1. ad 3. & q. 82. 1. 2. c. & 12. q. 8. 3. c. & q. 12. 4. c. ad 2. & q. 19. 7. c. ad 1. & 10. o. & q. 102. 1. 2. c. & 22. q. 74. 11. c.

54 In finibus eſt ordo ſicut in agentibus, quia utrobique ſecundarium dependet à principali, 1. q. 116. c.

55 Unumquodque ordinatur ad finem per actum ſuum, 12. q.21. 1. ad 3.
56 In omnibus potentiis vel artibus ordinatis, ars vel potentia quæ eſt circa finem, ordinat aliarum artium vel potentiarum actus ad proprium finem, 12.q.9.1.c. & q.65.3.ad 1.
57 Omnis finis, & quicquid eſt ad finem, eſt actio vel cum actione, 12. q.13. 4. c.
58 Actiones ludicræ non ordinantur ad aliquem finem extrinſecum, ſed ad bonum ludentis, inquantum delectant, vel requiem præſtant, 12. q. 1. 6. ad 1.
59 Finis particularis ordinatur ad finem communem, 12. q.19. 10. c. & q.21.2. ad 2.
60 Ordinari aliquid ad finem contingit dupliciter, ſcilicet per ſe, & per accidens, 1. q. 116. 1. c.
61 Aliquid ordinatur ad finem dupliciter, ſcilicet neceſſario, & ad bene eſſe, 3. q. 1. 2.c.
62 Quod eſt ad finem, eſt duplex, ſcilicet conjunctum ei, ut diſpoſitio, & diſtans ut motus; primum manet cum fine, non autem ſecundum, 12. q.4. 4. ad 3.
63 Ad unum finem ordinatur tantum unum medium, ſi ſit ſufficiens, 1. q.47. 1. ad 3. & q.101. 3. ad 1. & 12. q.101. 3. ad 1.
64 Ea quæ ſunt ad finem, inquantum hujuſmodi, non ſunt volita, niſi propter finem, 12. q.8. 2. c. ad 2. & 3. c.
65 Oportet quod quælibet voluntas habeat aliquem finem, quem naturaliter velit, cujus contrarium non poſsit velle, 1. q. 82. 1. 2. o.
66 Finis moralis accidit fini naturæ, & è converſo, 12. q.1. 3. ad 3.
67 Qualis eſt quilibet naturali qualitate animę vel corporis, vel qualitate ſuperveniente, talis finis videtur ei, 1. q. 83. 1. ad 5. & 12. q.9. 2. c. ad 2. & q.10. 3. c. ad 2.
68 Voluntas reſpicit finem tripliciter, primo abſolute, ſecundo in quo quieſcit, tertio ut terminum eorum quæ ordinantur in finem; primum eſt velle, ſecundum frui, tertium eſt intentio, 12. q. 8. princ. item q. 12. 1. ad 4. item 5. ad 2.
69 Ex neceſsitate inhæret fini, 1.q.82.1.2.c.
70 Ad rectam voluntatem requiruntur duo, ſcilicet debitus finis, & quod ea quæ ſunt ad finem proportionentur ei, 22. q. 49. 7. c. & q.51. 1. ad 1. item q.55. 3. 4. c. & q. 64. 7. c. & q. 69. 2. c.
71 Homini convenit agere propter finem, quia omnes actiones humanæ ſunt propter finem, 12. q. 1. 1. o.
72 Actiones hominis aliis intenti non ſunt proprie actiones humanæ, quia non procedunt ex deliberatione rationis, quæ eſt principium humanorum actuum, & ideo habent quaſi finem imaginatum, non autem per rationem præſtitum, 12. q.1. 1. c. ad 3.
73 Homo operatione naturali & animali ordinatur in finem ab alio, ſed operatione humana ordinatur à ſeipſo in finem, 12.q.1.1. c.
74 Aliquid ordinatur in finem dupliciter, ſcilicet, vel proprie, tanquam ſeipſum movens ad finem, & ſic ſola creatura rationalis ordinatur in finem, vel communiter, tanquam motum ab alio, & ſic bruta animalia ordinantur in finem, 1. q. 6. 1. ad 2. & 12. q. 1. 2. c.
75 Omnis peccans mortaliter conſtituit ſibi neceſſario alium finem, quam Deum, 12. q.1. 7. ad 1. & q.89. 1. ad 3. & 22. q.45. 1. ad 1.
Firmamentum à Deo creatum, ideſt cælum ſtellatum, eſt ſuprema ſphæra ſecundum Ariſtotelem, non autem ſecundum aſtrologos modernos, 1. q.68. 1. 2. 3. o. & q.71. ad 3.
Flumina quatuor videntur oriri ex diverſis locis, quia intrant ſub terra, ſicut multa alia, ſed primo oriuntur à mari; immediate vero à fonte paradiſi, ſcilicet Phyſon, Gion, Tygris, & Euphrates, 1. q. 102. 1. ad 2.
Fluxus maris eſt per impreſsionem lunæ, non autem per aliquam formam aquæ, 1. q. 105.6. ad 1. & q.110.3. ad 1. & 22.q.2.3. c.
1 Fomes eſt inordinata, & habitualis concupiſcentia appetitus ſenſitivi, 12. q.82. 3. o. & 3. q.15. 2. c. & q.27. 3. c.
2 Ut pœna inflicta à Deo, dicitur lex, non autem ut inclinat ad malum, 12. q.91. 6. o. & q.93. 3. ad 1.
3 Effectus fomitis duplex, ſcilicet inclinatio ad malum, & difficultas ad bonum, 3. q. 27. 3. c.
4 Fomes peccati non fuit in Chriſto, 3. q. 15. 2. o. & 3. c. & 4. c. ad 3. & q.18. 2. ad 3. & q.27. 3. c. ad 1.
Fontes quinque, ſecundum quinque genera ſubſtantiarum, ſcilicet naturæ corporis cæleſtis, ignis, aeris, aquæ, & terræ, 1. q.66. 2. o.
1 Omne illud quo aliquid primo operatur, eſt forma ejus, 1. q. 76. 1. c.
2 Omnis forma vel eſt ipſa natura rei ut in ſimplicibus, vel conſtituit naturam rei, ut in compoſitis, 3. q. 13. 1. c.
3 * In ſimplicibus & immaterialibus idem eſt forma, & id cujus eſt forma, 1.q.39.5.ad 2.
4 De ratione formę eſt, quod ſit in eo cujus eſt forma, 1. q.40. 1. c.
5 * Formæ non locantur in genere, nec in ſpecie, ſed compoſita, 1. q.76. 1. ad 3.
6 Forma generati, non eſt finis ſeu terminus generationis, niſi ut eſt ſimilitudo generantis, 1. q.44. 4. ad 2. item 22. q.171. 6. c.
7 * Omnis forma de ſe eſt communicabilis, 1. q.3. 2. ad 3. item q.7. 1. c. fin.
8 Omnis forma exiſtens in ſuppoſito, per quod individuatur, eſt communis multis ſecundum rem, vel ſecundum rationem, non autem formę ſubſiſtentes, 1. q.13. 9. c.
9 Diſtinctio formarum duplex, ſcilicet ſpecifica ſecundum diverſitatem objectorum, & numeralis, ſecundum diverſitatem ſubjecti, 22. q.24. 5. c.
10 * Formæ diſtinguuntur ſecundum diverſa principia activa, 12. q.54. 2. c.
11 Forma ſeparata non multiplicatur numeraliter, 1. q.41. 6. c. item q.50. 4. c. item q. 75. 7. c.
12 Eſt variabilis terminative, ſed eſt invariabilis ſubjective, 1. q.9. 2. ad 3. item q.16. 8. c. fin. item 12. q. 153. 1. c.
13 Subſtantialis forma, quæ requirit diverſitatem in partibus corporis ſicut eſt anima, & pręcipue animalium perfectorum, non æqualiter ſe habet ad totum & ad partes, unde non dividitur per accidens, per diviſionem quantitatis, 1. q.76. 8. c.
14 Forma ſubſtantialis totius non ſuperadditur partibus, ſcilicet materiæ, & formæ, ſicut forma domus partibus integralibus ejus, ſed eſt totum complectens materiam, & formam, cum pręciſione aliorum, 1. q. 76. 8. c.
15 Non eſt poſsibile eandem formam numero eſſe diverſarum ſpecierum, 1. q. 118. 2. ad 2.
16 Forma ſubſtantialis, & accidentalis ſunt actus, & faciunt aliquid in actu, ſed ſubjectum formæ ſubſtantialis eſt ens in potentia tantum, quia actualitas prius eſt in forma, quam in materia, quæ eſt propter formam; ſubjectum autem formæ accidentalis eſt ens actu, cui prius convenit actualitas, quam formæ accidentali, quæ eſt propter ſubjectum, 1. q.66.1.2. c. item q.76.4.c. item q.77. 6. c.
17 Forma unius materiæ dicitur ſpecies plurium ſecundum ordinem tantum, totum, colligatarum compoſitio, alteratarum autem miſtio, 1. q. 66. 2. c.
18 Formæ incompoſsibiles in eodem ſuppoſito, faciunt propoſitionem in materia remota, compoſsibiles autem in materia contingenti, vel naturali, 3. q.15. 1. ad 1.
19 Forma omnino ſimplex vel non ſubſiſtens, non poteſt eſſe ſubjectum ex quo vel in quo, ſed ſubjectum de quo & circa quod, 1. q. 13. 12. ad 2. item q.29. 1. 2. c. item 3. ad 3. item q. 30. 1. ad 3. item q.54. 3. ad 2. item q. 77. 1. ad 6.
20 Plures formæ ejuſdem generis non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubjecto, 1. q. 65. 4. c. ad 1.
21 * Ejuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubjecto, 3. q. 35. 5. c.
22 Nulla forma naturalis poteſt eſſe ſimul in eodem ſubjecto cum actu formæ contrariæ, ſicut habitus animæ cum actu contrarii habitus, 12. q.63. 2. ad 2. item q.71. 4. c.
23 Forma completa eſt in ſubjecto, ſecundum conditionem ſubjecti, non autem virtus inſtrumentalis, ſed magis ſecundum conditionem principalis agentis, 3. q.63. 5. ad 1.
24 Nulla forma removet à materia potentiam ad alias formas, 1. q.66. 2. c.
25 Implens totam potentiam materiæ eſt inſeparabilis á materia, non autem aliæ, 22. q. 24. 11. c.
26 Quanto eſt nobilior, tanto magis dominatur materiæ, & minus ei immergitur, & magis eam ſua virtute excedit, 1. q.76. 1. c.
27 Non excedit proportionem materiæ, ſed ſunt ejuſdem generis, 22. q.24. 3. ad 2.
28 Materia prima eſt una per remotionem omnis formæ, non autem per unam formam, 1. q.16. 7. ad 2.
29 Materia eſt propter formam, 1. q.47. 1. 2. c. item q. 65. 2. c. item q. 70. 3. c. item q.76. 5. c. princ. item q.77. 6. c. & q.84. 4. c. item q.85. 3. ad 4. item q.89. 1. o. item q. 91. 3. c. item q. 96. 5. c. item q. 105. 5. c. item 12. q.2. 5. c.
30 Forma finitur per materiam, inquantum communitas ejus contrahitur per materiam ad hoc individuum, & è converſo, inquantum potentialitas ejus determinatur ad unam ſpeciem, 1. q.7. 1. c. item q.44. 2. c. fin.
31 * Materia multiplicatur per adventum formæ, 1. q.29. 2. ad 5.
32 Recipit formam, ut ſecundum ipſam conſtituatur in eſſe alicujus ſpeciei, non autem intellectus, ſed ſecundum rationem formæ, 1. q. 50. 2. ad 2.
33 * Omne illud per quod materia efficitur propria hujus formæ, ſe tenet ex parte materię, ut diſpoſitiones & remotiones impedimentorum, 1. q.86. 2. ad 1. item q.87. 1. o. item 12. q.2. 5. c. item 22. q.27. 3. c. princ.
34 Informitas materiæ duplex, ſcilicet carentia omnis formę, & carentia triplicis pulchritudinis, ſcilicet lucis, viſibilitatis, & plantarum; prima præceſsit formationem natura tantum ſecundum Auguſtinum, ſecunda vero etiam duratione, ſecundum alios, 1. q. 66. 1. o. item 4. c. item q.67. 4. c. ad 4. item q.69. 1. 2. c. item q.74. 2. c.
35 Materia cognoſcitur tantum dupliciter, ſcilicet per analogiam ad formam, & ut perfecta eſt per eam, 1. q.15. 3. ad 3.
36 Inquantum eſt nuda, ſe habet indifferenter ad omnes formas, ſed determinatur per agens, 1. q.66. 2. c.
37 Nihil eſt ſua materia, nec ſuum efficiens, ſed aliquid eſt ſua forma ut in ſimplicibus, 1. q.39. 2. ad 5.
38 Forma ut eſt in materia, eſt prior ea via naturæ, & poſterior via generationis, ſed ut eſt in agente, eſt omni modo prior, 12. q.20. 1. ad 3. item q.4. 2. c.
39 Non latitat, contra Anaxagoram, nec eſt totaliter ab ideis contra Platonem, nec ab intelligentia, contra Avicennam, ſed educitur de

de potentia materię ab agente naturali ſecundum Ariſtotelem, 1. *q*.45. 8. *c.* & *q*.65. 4. *c.* & *q*.91. 2. *c.* & *q*.110. 2. *c.* & 12. *q*.63. 1. *c.*

40 * Inchoatio formarum impugnatur, 3. *q.* 32. 4. *c. ad* 3.

41 * Quamlibet formam ſequitur aliqua inclinatio, quæ eſt appetitus rei habentis illam formam, 1. *q*.80. 1. *c.*

42 * Formæ ſubſiſtentes non habent cauſam aliam formalem ſui eſſe & ſuę unitatis, nec cauſam agentem, per tranſmutationem materiæ de potentia ad actum, ſed producentem totam ſubſtantiam, 1. *q*.61. 1. *ad* 2.

43 Omnes formæ, & motus in iſtis inferioribus fluunt à formis, quæ ſunt in intellectu alicujus intelligentiæ, 1. *q*.65. 4. *c. ad* 1.

44 Materia non fuit creata ſub una forma, ſed ſub diverſis, 1. *q*.66. 1. *c.*

45 Una forma non fit alia per continuam generationem, 1. *q.* 118. 2. *ad* 2.

46 Formarum quædam fiunt ab agente corporali, ſecundum perfectam rationem, & perfectum eſſe formæ ejus, quædam primo tantum modo, quædam neutro modo. Primæ manent, ceſſante actione agentis, uſque ad corruptionem, ſecundæ parum, tertiæ nihil, 1. *q.* 67. 2. *ad* 1.

47 Nulla forma corrumpitur, niſi per actionem contrarii, vel per corruptionem ſubjecti, vel per defectum cauſę, 12. *q.* 53. 1. *c.*

48 Dicitur corrumpi per ſe, per ſuum contrarium, ſed per accidens per corruptionem ſui ſubjecti, 12. *q.* 53. 1. *c.*

49 Introductio unius formæ eſt expulſio alterius, & è converſo, 1. *q*.40. 4. *ad* 2.

50 Intenſio formæ & perfectionis eſt per acceſſum ad primum, ſed intenſio defectus, & privationis eſt per receſſum à primo, 1. *q*.49. 3. *ad* 3. & 12. *q*.22. 2. *ad* 1.

51 * Intenſio & remiſsio formarum nunquam cauſat diverſitatem ſpeciei, ſed quandoque conſequitur eam, 12. *q.* 72. 8. *ad* 1.

52 Magis & minus ex formis diverſorum graduum diverſificant ſpeciem, non autem ſecundum intenſionem graduum ejuſdem formę, 1. *q*.50. 4. *ad* 2. & 12. *q*.18. 11. *ad* 1. & *q.* 60. 5. *ad* 3. & *q*.72. 8. *ad* 1.

53 Perfectio formę duplex, ſcilicet ſecundum ſpeciem, & ſecundum ſubjectum. Secundum primam forma dicitur magna, ſecundum ſecundam vero dicitur magis, 12. *q.* 52. 1. *c.* princ. & *q*.66. 1. *c.*

54 Forma dupliciter recipit magis, & minus, ſcilicet in concreto tantum, ſi ſit ſimplex & una, ut lux, vel in concreto & abſtracto, ſi importet in ratione ſua proportionem multorum ordinatorum ad unum, ut motus, ſanitas, & pulchritudo, 12. *q.* 52. 1. *c.* & *q*.53. 2. *ad* 3.

55 Nulla forma ſubſtantialis, ſuſcipit magis vel minus, 1. *q.* 76. 4. *ad* 4. & *q.* 93. 3. *ad* 3. & *q.* 118. 2. *ad* 2. & 12. *q.* 52. 1. *c.* & 3. *q*.75. 7. *c.*

56 Forma rei per ſe exiſtens ad duo poteſt eſſe, ſcilicet ut exemplar & ut principium cognitionis, 1. *q.* 15. 1. *c.*

57 Verbum Dei eſt forma exemplaris, non autem forma quæ eſt pars compoſiti, 1. *q.* 3. 8. *ad* 2.

58 Forma ſubſtantialis eſt perfectio totius, & cujuslibet partis ejus, non autem quælibet forma accidentalis, 1. *q.* 76. 8. *c.*

59 Unitur immediate materiæ, 1. *q.* 76. 6. 7. *c.*

60 * Non eſt poſsibile plures formas ſubſtantiales ſimul eſſe in eodem corpore, 1. *q.* 76. 3. *c.* & 4. *o.*

61 * Forma miſtionis non eſt ſubſtantialis, ſed eſt accidens; ſcilicet qualitas, 1. *q.* 76. 4. *ad* 4.

62 Nulla forma rei corporalis, præter animam rationalem, eſt perpetua, 1. *q*.85. 6. *c.*

63 Eadem forma eſt, qua ignis eſt ignis, corpus & ſubſtantia, 3. *q*.75. 6. *ad* 2.

64 * Forma accidentalis non habet potentiam activam, ſed eſt potentia compoſiti, ut calor ignis, 1. *q.* 77. 1. *ad* 3.

65 Omnis forma ſeparata à materia eſt intellectualis, 1. *q.* 66. 2. *c.* fin. & *q.* 110. 1. *c.* & 3. *q.* 75. 6. *c.*

66 Omnes formæ intelligibiles ſunt unius generis, 1. *q.* 85. 4. *c.*

67 Formæ, ideſt ſpecies intellectus noſtri, non effluunt à formis immaterialibus, ſed à rebus ſenſibilibus, 1. *q.* 84. 4. 6. *o.*

68 Forma intellectus reſpectu ejus eſt individua, ſed reſpectu ejus cujus eſt ſimilitudo, eſt univerſalis, 1. *q.* 76. 2. *ad* 3.

69 Intellectus recipit formam, ut formam ſimpliciter, non individuando eam, quia in eo habet eſſe univerſale; ſed materia recipit formam individualiter tantum, 1. *q.* 75. 5. *ad* 1.

70 Intellectus cujus forma eſt á re, perficitur à re, & à ſimilitudine. Si autem non habet à re, perficitur à ſimilitudine. Si vero non differt à ſimilitudine, à nullo perficitur, 1. *q.* 14. 2. *ad* 2. & *ad* 3. & 5. *ad* 2. item *ad* 3.

71 Judicium quoad formam judicii, pertinet ad juſtitiam diſtributivam tantum, 22. *q.* 63. 4. *ad* 1.

72 Formæ ſacramentales traditę ſunt Apoſtolis á Chriſto, 3. *q.* 72. 4. *ad* 1.

Formica reponit grana, imminente pluvia, 22. *q.* 172. 1. *ad* 3.

1 Fornicatio prohibetur ſpecialiter ſimul cum ceremoniis legis ab Apoſtolis, quia gentiles non reputabant eam eſſe peccatum, 12. *q.* 103. 4. *ad* 3. & 22. *q.* 154. 2. *ad* 1.

2 Omne peccatum dicitur fornicatio large, 22. *q.* 151. 2. *c. ad* 3. & 4. & *quæſt.* 39. 6. *ad* 2.

3 Eſt majus peccatum iis quæ ſunt contra bona exteriora, & minus iis quę ſunt contra Deum, vel contra perſonam proximi, 22. *q.* 154. 3. *o.*

4 Cum nullus ſit obſtrictus fidem ei ſervare, qui eam violaverit, viro conceditur juxta Domini verba uxorem fornicationis cauſa repudiare, s. *q.* 62. 1. *o.*

5 Si uxorem adulteram pœnitet adulterium commiſiſſe, non tenetur vir illam ex præcepto relinquere, ſin minus, tenetur, ne peccato conſentire videatur, s. *q.* 62. 2. *o.*

6 Vir poteſt quantum ad thorum tantum uxorem fornicariam dimittere, quantum vero ad thorum, & cohabitationem ſimul, non poteſt eam repudiare, niſi judicio Eccleſiæ, s. *q.* 62. 3. *o.*

7 In cauſa divortii vir, & uxor à pari quidem judicantur ita ut idem ſit licitum, & illicitum uni quod alteri. Sed quantum ad bonum prolis, plus peccat uxor adultera, quam vir mœchus, s. *q.* 62. 4. *c.*

8 Non poteſt efficere adulterium, quin ſemper verum conjugium remaneat; ob id non licet uni altero ſuperſtite ad alias nuptias evolare, ratione adulterii, s. *q.* 62. 5. *o.*

9 Poteſt vir uxorem cauſa adulterii dimiſſam revocare, ſi emendata pœnitentiam de peccato egerit, ſecus non poteſt, quemadmodum nec retinere à peccato deſiſtere nolentem, s. *q.* 62. 6. *c.*

1 Fortitudo eſt virtus ſpecialis, ſecundum quod eſt circa pericula, ſed eſt conditio omnis virtutis, ſecundum quod dicit firmitatem animi abſolute, 12. *q.* 61. 3. 4. *o.* item 22. *q.* 58. 8. *ad* 2. item *q.* 123. 2. *o.* item 3. *ad* 1. item 13. *c.*

2 Eſt virtus tollens impedimenta, quæ repellunt voluntatem ab eo quod eſt ſecundum rationem, propter difficile, 22. *q.* 123. 1. *o.* item 3. 4. 5. *c.* item *q.* 124. 2. *c.*

3 Non habet partes ſubjectivas, nec dividitur in multas ſpecies, quia eſt circa materiam valde ſpecialem. 22. *q.* 128. *c. print.*

4 Propria materia fortitudinis ſunt timores, & audaciæ, in maximis terribilibus, 1. *q.* 59. 4. *ad* 3. item 22. *q.* 186. 1. *c.*

5 Eſt immediate circa timores, & audacias, mediate vero circa objecta horum, ſcilicet circa pericula, & labores, 22. *q.* 123. 3. *ad* 2. item *q.* 129. 1. *ad* 2. item *q.* 161. 2. *ad* 3.

6 Eſt principaliter circa timores, ſecundario autem circa audacias, 1. *q.* 21. 1. *ad* 1. item *q.* 95. 3. *ad* 2. item 12. *q.* 60. 4. b. item *c.* item 22. *q.* 123. 3. *o.* item 6. *c* item *q.* 126. 2. *c.* item *q.* 137. 1. *c.* item *q.* 141. 3. *c. ad* 2.

7 Non eſt circa ſpem, niſi ſecundum quod ſpes connectitur audaciæ, 22. *q.* 123. 3. *ad* 3. item *q.* 125. 2. *ad* 3.

8 Eſt præcipue circa timores mortis, 12. *q.* 61. 3. *c.* item 22. *q.* 123. 4. *o.* item 11. 12. *c.* item *q.* 125. 2. *c.* item *q.* 128. *c.* item *quæſt.* 129, 5. *c.*

9 Principaliter eſt circa moleſtias mortis, ſecundario autem circa quaſcumque alias moleſtias, 22. *quæſt.* 123. 4. *ad* 1. & *quæſt.* 124. 4. *ad* 3.

10 Eſt maxime circa repentina, quoad manifeſtationem habitus, non autem quoad electionem, 22. *q.* 123. 9. *c.*

11 Eſt maxime circa timores mortis in bello communi, vel particulari, 22. *q.* 123. 5. *o.* item *q.* 124. 2. *c.* item *q.* 141. 8. *c.*

12 * Eſt circa difficiliora, non autem circa meliora, quam juſtitia, quæ in bello, & in pace utilis eſt, non autem fortitudo, ſed tantum in bello, 22. *q*.58. 12. *c. ad* 3.

13 Perferre ſecundum quod dicit actum fortitudinis, non dicit immobilitatem, ſed electionem immorandi contra immoderatum timorem, ſicut charitas contra odium, manſuetudo contra iram, & patientia contra triſtitiam, 12. *q.* 66. 4. *ad* 2.

14 Fortitudo moderatur timorem, patientia, & perſeverantia triſtitiam, ſed manſuetudo iram, 22. *q.* 136. 2. *c. ad* 1.

15 Quicumque èſt fortis, eſt patiens, & non é converſo, quia patientia eſt quædam fortitudinis pars, 12. *q.* 66. 4. *ad* 2.

16 Fortitudo ſuſtinet pericula mortis, ſed patientia ſuſtinet quæcumque mala, 22. *q.* 128. *ad* 4. item *q.* 136. 4. *ad* 1.

17 Fortitudo eſt principaliter circa timores; ſecundario autem circa triſtitias. Patientia vero eſt é converſo, 22. *q.* 136. 4. *ad* 2.

18 * Eſt principalior magnanimitate, 22. *q.* 129. 5. *c. ad* 3.

19 Fortitudo firmat contra mala, ſed magnanimitas in proſecutione bonorum, 22. *q.* 129. 5. *ad* 1. item 6. *ad* 2.

20 Partes potentiales fortitudinis ſunt ſex, ſcilic. magnanimitas, fiducia, ſecuritas, magnificentia, conſtantia, tolerantia, ideſt patientia, & firmitas, ideſt perſeverantia, 22. *q.* 128. *o.* item *q.* 129. 5. *o.* & *q.*134. 4. *o.* item *quæſt.* 136. 4. *o.* item *q.* 161. 4. *ad* 3.

21 Fiducia, magnificentia, patientia, & perſeverantia circa materiam fortitudinis ſunt partes ejus integrales. Sed ſunt partes potentiales; & virtutes per ſe diſtinctę à fortitudine, ſecundum quod ſunt circa alias materias, 22. *q.* 128. *o.* item *q.* 134. 4. *o.* item *q.* 136. 4. *o.* it. *q.* 137. 2. *o.*

22 Vitium audaciæ opponitur fortitudini, ſecundum exceſſum audacię; impaviditas autem ſecundum defectum timoris, quia

in utraque ponit medium, 22. *quæſt.* 126. 2. *ad* 3.

23 Fortitudo eſt in iraſcibili ſubjective, 12. *q.* 61. 2. *c.* item *q.* 66. 1. *c.* item *q.* 85. 3. *c.* item 22. *q.* 58. 5. *ad* 2. item 9. *c.* item *q.* 128. *ad* 1. & *q.* 134. 4. *c.* & *q.* 136. 4. *ad* 2. & *q.* 137. 2. *ad* 2. & 3. *q.* 15. 2. *c.*

24 Fortitudo martyrum præcipue commendatur, quia ſuſtinent propter Deum impugnationes perſonales, & mortem in bello particulari, 22. *q.* 123. 5. *ad* 1. item *q.* 124. 2. *c.*

25 Fortis intendit exprimere ſimilitudinem ſui habitus in actum, ut proximum finem, 22. *q.* 123. 7. *o.*

26 Fortis delectatur de ſuo actu, & fine, ſed non percipit, niſi ex ſuperabundanti gratia Dei, propter dolorem corporis, & animæ, pro amiſsione vitæ, 22. *q.* 123. 8. *o.*

27 Non habens fortitudinem, operatur fortia quintupliciter, ſcilicet propter ignorantiam, artem, experientiam, paſsionem, & lucrum, 22. *q.* 123. 1. *ad* 2. item *quæſt.* 128. *ad* 7.

28 Principalis actus fortitudinis eſt ſuſtinere: ſecundarius vero eſt aggredi, 22. *q.* 123. 3. *c.* item 6. *o.* item 8. *c.* item 10. *ad* 3. item 11. *ad* 1. item *q.* 124. 2. *ad* 3. item *q.* 128. *c.* item *q.* 141. 2. 3. *c.*

29 Ad primum actum requiruntur duo, ſc. præparatio animi, & executio operis. Ad ſecundum etiam requiruntur duo, ſcil. infrangibilitas, & infatigabilitas, 22. *q.* 128. *c.*

30 Fortitudo aſſumit iram moderatam ad actum ſecundum, non autem ad primum. Nec ut auxilium, ſed ut inſtrumentum, quia ad iram pertinet inſilire in rem contriſtantem. Unde Philoſophus inducit verſum Homeri, virtutem, & furorem erige, quia videlicet cum aliquis eſt virtuoſus virtute fortitudinis, paſsio iræ electionem virtutis ſequens, facit ad majorem promptitudinem actus. Si autem præcederet, virtutis modum perturbaret, 22. *q.* 123. 10. *o.* & 11. *ad* 1.

32 Triſtitia, & concupiſcentia per ſe impediunt ſecundum actum fortitudinis ſcilicet aggredi, ſed per accidens adjuvant, 22. *q.* 123. 10. *ad* 1.

32 Fortitudo ſpiritus oſtenditur in reſiſtendo concupiſcentiæ carnis contrariantis ſpiritui. Sed eſt major in comprimendo, ne inſurgat, 3. *q.* 15. 2. *ad* 3.

33 Donum fortitudinis in patria habet actum perfruendi plena ſecuritate á laboribus, & à malis, 22. *q.* 139. 1. *ad* 2.

34 Virtus fortitudinis firmat animum ſecundum modum connaturalem homini, donum autem ſupernaturaliter, 22. *q.* 139. 1. *o.*

35 Donum fortitudinis dat fiduciam evadendi quælibet pericula, & perveniendi ad finem cujuslibet operis, ideſt ad beatitudinem, non autem virtus fortitudinis, ſed perficit ad ſuſtinendum quælibet pericula, 22. *quæſt.* 139. 1. *c.* *ad* 1.

36 Donum fortitudinis reſpicit virtutem fortitudinis, inquantum ſuſtinet pericula, & facit quodcumque opus arduum. Ideo dirigitur á dono conſilii, 22. *q.* 139. 1. *ad* 3.

1 Frater in ſacra Scriptura dicitur quadrupliciter, ſcilicet natura, gente, cognatione, & affectu, 3. *q.* 28. 3. *ad* 5.

2 Fratres Chriſti ſumus per adoptionem, 1. *q.* 33. 3. *c.* & *quæſt.* 41. 3. *c.* & 3. *q.* 23. 2. *ad* 2.

3 Fratres Chriſti in Evangelio dicuntur conſobrini ejus, ſcilicet filii Marię, matertere matris ejus, 3. *q.* 28. 3. *ad* 5.

Frequentia, aſsiduitas, & diuturnitas non ſunt circumſtantię mutantes ſpeciem, niſi aliud ſuperveniat, 12. *q.* 88. 5. *ad* 1.

Fricat barbam, & alia multa homo agit abſque deliberatione, de quibus etiam quandoque nihil cogitat; ſicut cum movet pedem, vel manum, aliis intentus, 12. *q.* 1. 1. *ad* 3.

* Frigiditas, ſeu impotentia coeundi, non quidem ex ætate, ſed ex defectu naturę ſimpliciter incurabilis, dirimit matrimonium contrahendum, & jam contractum, poſt triennium, ad minus ex Eccleſiæ ſtatuto, s. *quæſt.* 58. 1. *o.*

1 Fructus dupliciter diſtinguuntur, ſcilicet ſecundum tres perfectionis gradus, à Chriſto ſcilicet triceſimus, ſexageſimus, & centeſimus, ſive ſecundum tres gradus virtutis, ut ſancti diſtinguunt, quia cujuslibet rei perfectio attenditur ſecundum principium, medium, & finem, & eſſentialiter, ideſt ſecundum rationes diverſas gaudendi, ſcilicet duodecim á Paulo, 12. *q.* 70. 3. *ad* 2.

2 Fructus ſpiritualis dicitur dupliciter, ſcilicet quod principaliter expectatur, ſcilicet Deus, & ſecundario, ſcilicet delectatio, 12. *q.* 11. 1. *c.* *ad* 3.

3 Fructus quarto modo, ſcilicet conſurgens ex ſemine verbi Dei, eſt tantum triplex, ſecundum tres gradus continentium, ſcilicet conjugum, viduarum, & virginum, 12. *q.* 70. 3. *ad* 2.

4 Fructus Spiritus Sancti ſecundum S. Paulum, ſunt duodecim, ſcil. charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, & caſtitas, 12. *q.* 70. 3. *o.*

5 Fructus ſenſibilis eſt ultimum ex arbore expectatum, quod cum quadam ſuavitate percipitur, 12. *quæſt.* 11. 1. *c.* & 3. *c.* *ad* 2. it. *q.* 70. 1. *c.*

6 Ultimum ſimpliciter, & delectans, eſt proprie fructus, & ejus proprie eſt frui. Delectans autem non ultimum poteſt aliquo modo dici fructus, ſed ejus non eſt frui proprie, & ſecundum completam rationem. Non delectans vero, ſed tantum in ordine ad aliud appetitum, nullo modo eſt fructus, 12. *q.* 11. 3. *c.* *ad* 2.

7 Opera carnis non dicuntur fructus, quia ſunt contra rationem, ſicut quod eſt ex arbore contra naturam ejus, non dicitur fructus, 12. *q.* 70. 4. *ad* 1. & 22. *q.* 8. 8. *c.* fin.

8 Virtutes dicuntur fructus, ratione delectationis, non autem ratione habitus, 12. *q.* 70. 1. *ad* 3. & 22. *q.* 136. 1. *ad* 3.

9 Operatio ſecundum facultatem rationis, dicitur fructus rationis, ſed ut movetur à Deo dicitur fructus Spiritus Sancti, 12. *quæſt.* 70. 1. *c.*

10 Opera noſtra ut ſunt à Spiritu Sancto, dicuntur fructus, reſpectu vero beatitudinis, dicuntur flores, 12. *q.* 70. 1. *ad* 1.

11 Fructus proprie dicitur tantum in corporalibus, ſcilicet plantis, à quibus metaphorice transfertur ad ſpiritualia, 12. *q.* 11. 1. *c.* & 3. *ad* 2. & *q.* 70. 1. *c.*

12 In parte appetitiva ſunt plures fructus quam in parte apprehenſiva, quia fructus ſignificat finem, qui magis convenit parti appetitivę, 22. *q.* 8. 8. *ad* 3.

13 Fructus comparatur ad arborem, ſicut effectus ad cauſam, ad hominem vero ſicut ultimum expectatum delectans, 12. *q.* 11. 3. *ad* 2. & *q.* 70. 1. *c.*

14 Dono conſilii non correſpondet proprie aliquis fructus, quia omnis practica eſt propter aliud, 22. *quæſt.* 8. 8. *ad* 3. & *q.* 52. 4. *ad* 3.

15 Fructus ſpiritus contrariantur operibus carnis in communi, non autem ſingula ſingulis, niſi ſecundum adaptationem, 12. *quæſt.* 70. 4. *o.*

16 Opera carnis ſunt plura fructibus ſpiritus, quia bonum eſt uno modo, ſed malum eſt omnifariam, 12. *q.* 70. 4. *ad* 2.

1 Frui eſt actus potentiæ imperantis, non autem exequentis, 12, *q.* 11. 2. *c.*

2 Eſt actus appetitivæ potentiæ, 12. *q.* 11. 1. *o.* & 2. *c.*

3 Eſt actus voluntatis, 12. *q.* 11. 1. *ad* 1. & 4. *c.* *ad* 2.

4 In ordine ad intellectum, 12. *q.* 11. 1. *ad* 1. item 4. *c.* *ad* 2.

5 Eſt actus tantum voluntatis ſecundum charitatem in ordine ad potentias, & habitus priores, 12. *q.* 11. 1. *o.*

1 Fruitio pertinere videtur ad amorem, vel delectationem, quam aliquis habet de ultimo expectato, quod eſt finis, 12. *q.* 11. 1. 4. *c.* item *q.* 34. 3. *c.* fin.

2 Nomina trium ordinum prædictorum ſumuntur ab excellentia prædictorum trium actuum fruitionis, & non ab eis ſimpliciter, 1. *q.* 108. 5. *ad* 5. item *ad* 6.

3 Eadem fruitione fruemur Deo, fruitione ejus, & beatitudine creata, 12. *quæſt.* 11. 3. *ad* 3.

4 Fruitio perfecta eſt tantum ultimi finis habiti, imperfecta vero etiam non habiti. Sed impropria eſt non ultimi ſimpliciter, 12, *q.* 11. 3. 4. *o.* item *q.* 12. 2. *ad* 3.

5 Non oportet quod fruitio ſit ultimi finis ſimpliciter, ſed quod habeatur pro ultimo fine, 12. *q.* 11. 2. *ad* 2.

6 * Non eſt fruendum juſto, niſi in Deo. Peccatore autem, brutis, vel inanimatis nullo modo, 12. *q.* 11. 3. *ad* 1.

7 Carentia cognitione nullo modo fruuntur, bruta fruuntur improprie, peccator non vere, juſti imperfecte, beati perfecte, Deus autem perfectiſsime, 12. *quæſt.* 11. 2. 4. *o.* & *quæſt.* 12. 5. *ad* 2.

8 Fruitio Chriſti perveniebat ad totam animam ejus, ſecundum eſſentiam, ut eſt ſubjectum rationis ſuperioris tantum, 3. *quæſt.* 46. 8. *o.*

9 * Bruta fruuntur imperfecte, ſed rationalia perfecte, 12. *q.* 11. 2. *o.*

Frumentum eſt genus ad triticum, & ad alia grana, 3. *q.* 74. 3. *ad* 2. item *ad* 3.

Fruſtra dicitur, quod eſt ad finem quem non inducit, 1. *q.* 25. 2. *ad* 2. & *q.* 88. 1. *ad* 4. & 3. *q.* 11. 5. *ad* 2.

Fucatio eſt ſpecies fictionis, ad mentiendum pulchritudinem; ideo ſemper eſt peccatum, ſed non eſt mortale, niſi fiat ad laſciviam, per contemptum Dei. Tamen licet occultare turpitudinem cauſatam ex infirmitate, vel ex alia cauſa accidentali, 22. *q.* 169. 2. *c.*

Fugere poteſt juſtus propter tria, ſcilicet ut perſecutor quieſcat, ut præceptum à Domino opus perficiat, & ut glorioſiorem coronam acquirat, 22. *q.* 64. 4. *o.*

1 Fundamenti ratio eſt eſſe primum, ſuſtentatio, & connexio, 22. *q.* 4. 7. *ad* 4.

2 Fides eſt fundamentum aliarum virtutum, quia eſt prior eis, & ſuſtentat eas. Fortitudo autem firmat contra adverſa, humilitas contra proſpera, timor contra culpam futuram, pœnitentia contra præteritam, 22. *q.* 161. 5. *ad* 2. & 3. *q.* 84. 6. *ad* 2.

1 Furia matrimonium ſequens illud nullatenus dirimit, præcedens vero quandoque dirimit, s. *q.* 58. 3. *c.*

1 Furtum eſt occulta acceptio rei alienę, 22. *q.* 66. 3. *o.*

2 Semper eſt peccatum, ratione injuſtitiæ, & fraudis, vel doli, & eſt mortale, niſi modicum intendatur, 22. *q.* 12. 3. *c.* item *q.* 66. 5. 6. *o.* item *q.* 118. 4. *c.*

3 Furtum eſt ſpecies fraudis. Mendacium, & falſum teſtimonium, fallacię. Turpe lucrum, inquietudinis. Rapacitas, violentiæ. Ideo omnia hæc, & inhumanitas, ideſt obduratio, ab Iſido-

Iſidoro dicuntur eſſe filiæ avaritiæ, 22. *q.* 118. 8. *ad* 3.

4 Furtum, & rapina opponuntur juſtitiæ, 22. *q.* 64. *princ.* & *q.* 66. *princ.* item 4. 5. *c.* item *q.* 118. 4. *c.*

5 Furtum eſt injuſtum, quia eſt involuntarium per ignorantiam, ſed rapina per vim. Ideo differunt ſpecie, 22. *q.* 66. 4. *o.* & 9. *c.* & *q.* 73. 1. *c. ad* 1.

6 Rapina eſt gravior furto dupliciter, primo quia involuntarium eſt ex parte ejus cui aliquid ſubtrahitur furto; rapina vero addit violentiam, quæ voluntaria eſt; peccatum autem per vim eſt majus quam per ignorantiam. Secundo, quia rapina eſt in re, & in perſona; furtum autem eſt tantum in re, 22. *q.* 66. 9. *o.* & *q.* 73. 3. *ad* 2. & *quæſt.* 116. 2. *ad* 1. & *quæſt.* 144. 2. *ad* 4.

7 Accipiens furtim rem ſuam injuſte detentam peccat contra communem juſtitiam, uſurpando ſibi judicium, ſed non tenetur reſtituere, ſed ſatisfacere Deo, & ſedare ſcandalum, 22. *q.* 66. 5. *ad* 3.

8 Accipiendo rem alienam occulte, & manifeſte auctoritate judicis, non eſt furtum vel rapina, quia per ſententiam fit debitum, 22. *q.* 66. 5. *ad* 1. item 8. *c.*

9 Accipiens rem inventam, animo retinendi, furtum facit, niſi credat haberi pro derelicta, vel nullius eſſe, 22. *q.* 66. 5. *ad* 2.

10 Per prohibitionem furti prohibentur omnia damna in rebus, 22. *q.* 120. 6. *ad* 2.

11 Pœna mortis non infligitur in præſenti pro furto, niſi ratione gravis circumſtantiæ, ut ſacrilegio, peculato, & plagio, 22. *q.* 66. 6. *ad* 2.

1 Futurum cognoſcitur dupliciter, ſcilicet in ſe, & in ſuis cauſis. Primum convenit tantum Deo; ſecundum nobis, ſed magis angelis, & dæmonibus; ſed in cauſis neceſſariis certitudinaliter, in contingentibus ſæpe, opinative tantum, quæ autem raro, nullo modo, 1. *q.* 14. 13. *o.* & *q.* 57. 3. *o.* & *q.* 64. 1. *ad* 5. & *q.* 86. 4. *o.* item *q.* 89. 3. *ad* 3. item 12. *quæſt.* 111. 4. *c.* & 22. *q.* 95. 1. *o.* item 5. *c.* item *q.* 171. 6. *ad* 1. item *ad* 2. item *ad* 3. item *q.* 172. 1. *c.* item *q.* 174. 1. *c. ad* 1.

2 Futura plus cognoſcuntur à phreneticis, abſtractis à ſenſibus, morientibus, dormientibus, & brutis, quam ab oppoſitis, 1. *q.* 12. 11. *c.* item *q.* 86. 4. *ad* 2. item *ad* 3. item 22. *q.* 172. 1. *ad* 1. item *ad* 2. item *ad* 3.

3 Cognitio futurorum ex præſentibus, & preteritis, propriæ rationis eſt, 22. *quæſt.* 47. 1. *c.*

4 Anima vicina morti cognoſcit aliqua futura ex revelatione, vel ex impreſſione cauſarum naturalium, non autem propria virtute, 1. *q.* 86. 4. *ad* 2. & 22. *q.* 172. 1. *ad* 1.

5 Bruta non cognoſcunt futura, ſed ex inſtinctu naturæ eis indito ab intellectu divino, moventur ad aliquid in futurum, ac ſi futurum præviderent, 12. *q.* 40. 3. *ad* 1,

6 Cognoſcunt futura non computando præſens ad futurum, ſed ex inſtinctu naturæ, 1. *q.* 86. 4. *ad* 3. & 12. *q.* 41. 1. *ad* 3.

7 Senſus non apprehendit futurum, ſed ex iis quæ animal apprehendit in præſenti, appetitus ejus movetur naturali inſtinctu in aliquid futurum proſequendum, vel fugiendum, 12. *q.* 40. 3. *ad* 3. & *q.* 41. 1. *ad* 3.

G

1 Gabriel fortitudo Dei nominatur, 3. *q.* 30. 2. *ad* 4.

2 Quoniam dicunt Gabrielem fuiſſe de ſupremo ordine Angelorum, ſed ſatis eſt credibile, quod ſit ſummus in ordine Archangelorum. Unde Eccleſia eum Archangelum nominat, 3. *q.* 30. 2. *ad* 4. item fin.

1 Galilæa ut interpretatur tranſmigratio, ſignificat gentilitatem; ſed ut interpretatur revelatio, ſignificat patriam cæleſtem, 3. *quæſt.* 55. 3. *c. ad* 4.

1 Gaudium non eſt virtus, ſed eſt actus charitatis poſterior dilectione, 22. *q.* 28. 4. *o.*

2 Gaudium, & triſtitia de eodem, ſunt contraria & etiam ſecundum genus, ſed de diverſis unum eſt cauſa alterius, & materia, 1. *q.* 64. 3. *ad* 1. & 3. *q.* 84. 9. *ad* 2.

Gedeon petens ſignum peccavit tentando Deum ex incredulitate, ſicut & Zacharias, 22. *q.* 97. 2. *ad* 3.

Gemitus, & lachrymæ mitigant triſtitiam, quia appetitur extra, & conveniunt diſpoſitioni hominis triſtis, 12. *q.* 38. 2. *o.*

1 Genealogia magis denominatur à patre, quam à matre, 3. *q.* 28. 1. *ad* 2. & *q.* 29. 1. *c.* & *q.* 31. 2. *ad* 1.

2 Tota Genealogia Chriſti exponitur, & dubia circa eam ſolvuntur, 3. *q.* 28. 1. *ad* 2. & *quæſt.* 31. 3. *o.*

1 Generale triplex, ſcilicet per prædicationem, ut genus; per cauſam, ut amor; & quod eſt à multis cauſis, ut ira, 12. *q.* 46. 1. *c.* & 22. *q.* 58. 6. *c.*

2 Generale, & ſpeciale duplex, ſcilicet intentione & objecto, 22. *q.* 58. 5. *ad* 3. & *q.* 59. 1. *o.* & *q.* 79. 1. *ad* 1.

1 Generatio duplex, ſcilicet mutatio de non eſſe ad eſſe, & origo viventis à principio vivente conjuncto. Prima convenit omni generabili, & corruptibili; ſecunda vero tantum viventi, & dicitur nativitas, 1. *q.* 27. 2. *c.*

2 Ad generationem naturalem non requiritur aliqua potentia activa in materia, 3. *q.* 32. 4. *c. ad* 3.

3 * In generatione tota virtus activa eſt ex parte maris, & paſſio ex parte fœminæ, 1. *q.* 115. 2. *ad* 3. & 3. *q.* 32. 4. *c.* & *q.* 67. 4. *ad* 3.

4 Primum in generatione eſt ultimum in corruptione, 22. *q.* 107. 2. *c.* & *q.* 162. 7. *ad* 3. & *ad* 4.

5 Generatio unius non eſt corruptio alterius, niſi per concomitantiam, 12. *q.* 113. 6. *ad* 1.

6 Generatio, & corruptio ſunt in inſtanti, 22. *q.* 113. 7. *c.*

7 Forma eſt finis generationis in omnibus quæ generantur non à caſu, 1. *q.* 15. 1. *c.*

8 Omne generans producit ſibi ſimile ſecundum formam quam agit, quæ eſt potentia generativa, 1. *q.* 33. 2. *ad* 4. & *q.* 41. 5. *c.*

9 Ad actum generationis concurrunt tria, ſcilicet calor, ſpiritus, & humor, 22. *q.* 147. 8. *ad* 1.

10 Generatio univoca eſt verior & perfectior, quam generatio non univoca, 1. *q.* 33. 2. *ad* 4.

11 Idem modus generationis eſt omnium eorum, quę ſunt ejuſdem ſpeciei, 3. *q.* 28. 1. *ad* 4.

12 Quod generatur ſecundo modo generationis, ſcil. prout generatio eſt origo viventis à principio vivente conjuncto, non dicitur genitus nec filius, niſi procedat ſecundum rationem ſimilitudinis ſpecifice, ut pili, & vermes, 1. *q.* 27. 2. *c.*

13 Generatum oportet aſſimilari generanti, in omnibus quæ ad naturam ſpeciei pertinent; non autem in proprietatibus individui, 1. *q.* 100. 1. *c.* & *q.* 101. 1. *ad* 1. & 12. *quæſt.* 81. 2. *o.*

14 Accidentia individualia pertinentia ad diſpoſitionem naturæ, ut velocitas corporis, & bonitas ingenii, propagantur in filios per generationem; ſed nullo modo accidentia pure perſonalia, ut grammatica & hujuſmodi, 12. *q.* 81. 2. *c.* & 22. *q.* 168. 1. *ad* 2.

15 * Accidentia ſpeciei & individui ſecundum corpus, poſſunt transfundi à generante in genitum, non autem accidentia ſecundum animam, 22. *q.* 60. 6. *ad* 4.

16 Homo generat ſibi ſimile in ſpecie, non inducendo, nec educendo animam rationalem de potentia materiæ, ſed diſponendo materiam, 1. *q.* 118. 2. *ad* 4. & 12. *quæſt.* 83. 1. *ad* 3.

17 In ſtatu innocentiæ fuiſſet generatio per coitum, 1. *q.* 98. *o.*

18 Tunc non fuiſſent generati æquales in robore, pulchritudine, & aliis, ſicut nec etiam nunc, 1. *q.* 96. 3. *c.*

19 Parentes tunc non fuiſſent confirmati in juſtitia, quamdiu genuiſſent, 1. *quæſt.* 100. 2. *c.*

20 Generatio ſignificat relationem per modum operationis, in divinis, 1. *q.* 42. 6. *ad* 3.

21 Generatio proprie convenit Deo, 1. *q.* 27. 2. *o.* & *q.* 28. 4. *c.*

22 Generatio filii Dei à patre, eſt ęterna, 1. *q.* 42. 2. *o.*

23 Arius ponit duodecim modos generationis, ſcil. juxta fluxum lineæ à puncto, juxta emiſſionem radiorum à ſole, juxta characterem ſeu impreſſionem á ſigillo, juxta immiſſionem bonæ voluntatis á Deo, juxta exitum accidentis à ſubſtantia, juxta abſtractionem ſpeciei á materia, juxta excitationem voluntatis à cogitatione, juxta transfigurationem materialem, ut ex ære fit imago, juxta transfigurationem motus à movente, juxta eductionem ſpecierum à genere, juxta ideationem, & juxta naſcentia, in quibus deeſt æqualitas naturæ, vel durationis, 1. *q.* 42. 2. *ad* 1.

24 Proceſſio Spiritus Sancti non póteſt dici generatio, quia eſt per modum amoris, non autem ſimilitudinis, ſicut verbum, 1. *q.* 27. 4. *o.* & *quæſt.* 30. 2. *ad* 2. & *quæſt.* 35. 5. *c.*

25 Nullus modus proceſſionis in creaturis perfecte repræſentat divinam generationem, ſed ex multis oportet colligere ſimilitudinem, 1. *q.* 41. 3. *ad* 4.

26 * Nec beati illam ineffabilem generationem ſciunt, quia non comprehendunt naturam Dei, 1. *q.* 12. 7. *o.*

27 Eſſentia Dei non generatur, nec genita eſt per ſe, nec per accidens, 1. *q.* 39. 5. *ad* 2. & 3. *q.* 16. 5. *ad* 1.

28 Eſſentia non generat, ſed pater virtute eſſentiæ, 1. *quæſt.* 39. 5. *o.* & *quæſt.* 41. 5. *ad* 1.

29 Generatio attribuitur aliis terminis eſſentialibus, ſecundum quod magis connotat actum, 1. *q.* 39. 5. *ad* 1.

30 Eſſentia eſt Deus generans, & res generans, ſi res & Deus ſupponant pro perſona, non autem ſi ſupponant pro eſſentia, 1. *q.* 39. 5. *ad* 5.

31 Hæc propoſitio eſt falſa, Deus non genuit Deum, 1. *q.* 39. 4. *ad* 3.

32 Hæc propoſitio eſt vera, Deus genuit Deum, 1. *q.* 39. 4. *o.* item 5. *ad* 1.

33 Hęc eſt falſa, Deus genuit ſe Deum, vel alium Deum, 1. *quæſt.* 39. 4. *ad* 4.

34 Hęc eſt vera tripliciter, Deus pater genuit alterum ſe, ſcil. in ablativo, in accuſativo, ſimpliciter, & perſonaliter, ſed emphatice, 1. *q.* 39. 4. *ad* 4.

35 Hæc eſt vera appoſitive, Deus genuit Deum, qui non eſt Deus pater. Et eſt falſa ſuppletive, ſed affirmativa eſt è converſo, 1. *q.* 39. 4. *ad* 5.